



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacramentis in Genere, & duobus primis in specie

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1665**

Disputatio III. De Sacramento Confirmationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73340)



## DISPUTATIO III.

D E

SACRAMENTO  
CONFIRMATIONIS.

**S**ECUNDUM locum inter Sacramenta novæ legis obtinet Confirmatio. Trident. sess. 7. de Sacramentis in Genere can. 1. *Si quis dixerit &c. aut esse plura vel pauciora Sacramenta quàm septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam &c.*

Eundem locum tribuerat ipsi antea Florentinum in decreto unionis §. *Nova legis septem sunt Sacramenta, scilicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia &c.* Et infra: *Secundum Sacramentum est Confirmatio &c.*

*Secundum*, inquam, non tam ordine dignitatis, aut necessitatis, quàm temporis, & generationis; nam ut rectè Eugenius supra in Concil. Florent. *Per Baptismum spiritualiter renascimur: per Confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide; renati autem & roborati nutrimur divinâ Eucharistiæ alimonîâ.*

Unde in antiqua Ecclesia statim post Baptismum conferebatur Sacramentum Confirmationis, tamquam quædam regenerationis perfectio seu consummatio. Etenim quemadmodum in Baptismo fit professio fidei, ita in Confirmatione datur robur ad eandem fidem, etiam coram Tyranno, ubi opus fuerit, audacter, ut loquitur Florentinum supra agens de effectu hujus Sacramenti, confitentiam.

Et hinc nomen Confirmationis impositum huic Sacramento, secundum illud Apostoli 2. Cor. 1. v. 21. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus &c.* Eoque à primis Ecclesiæ temporibus usus fuit Clemens Rom. lib. 3. constit.

Ggg 2

Aposto-

I.  
Secundum locum inter Sacramenta obtinet Confirmatio Trident.

Florent.

Ordine temporis & generationis:

Est enim regeneratio spiritus quædam consummatio.

2. Corinth. 1.

Clem. Rom.

Apostolicarum c. 17. ubi definiens hoc Sacramentum, inquit: *Vnguentum est confirmatio confessionis seu professionis, scilicet fidei.*

Quamvis & alia plura nomina ipsi indita sint, tum à materia, tum à forma, alijsque ritibus qui in administratione solent adhiberi. Vide illa apud Basilium Pontium in particulari tractatu, quem scripsit de hoc Sacramento parte 1. c.1. Nos communi nomine appellabimus Confirmationem, de cujus essentia instituitur

SECTIO PRIMA.

*De Essentia Confirmationis.*

3.  
Datur loco  
manus im-  
positionis,  
de qua in  
Actibus Apo-  
stolorum  
datur.

*Florent.*

3.  
Manuum  
impositio  
est multi-  
plex;

1. *Timoth. 5.*  
Ordinatio  
& cura-  
toria.  
*Mar. ult.*

Reconcilia-  
toria.  
*Araus.*

*S. Gregor.*

Et confir-  
matoria.  
*Elibert.*

**P** Rænotandum Primò ex Concilio Florent. in decreto de Armenis: *Loco illius manus impositionis, de qua in Actibus Apostolorum, datur in Ecclesia Confirmatio.* Nomina quidem diversa, sed idem ritus; alioquin non valeret argumentum Concilij: *Et cum ceteras unctiones simplex Sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi Episcopus debet conferre, quia de solis Apostolis legitur (quorum vicem tenent Episcopi) quod per manus impositionem Spiritum sanctum dabant.* Sed de hoc, quia non caret difficultate, latius infra.

Prænotandum Secundò cum Glosa 1. c. 1. c. 74. Verb. *Impositio*; multiplex est hodie in Ecclesia manuum impositio; videlicet Ordinatoria, Curatoria, Reconciliatoria, & Confirmatoria, ut interim taceam simplicem benedictionem, quæ antiquo ritu solebat fieri manuum impositione.

De prima loquitur Apostolus 1. Tim. 5. v. 22. *Manus cuiò nemini imposueris.* Secundam docet Christus Marci ultimo vers. 18. *Super egros manus imponent, & bene habebunt.* Tertiam meminit Concil. Arausicanum l. c. 3. ibi: *Quod si supervixerint, stent in ordine penitentium, ut ostensis necessarijs penitentia fructibus legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant.*

Eamque reperio apud Gregorium lib. 9. Epist. 61. & refertur c. 44. de consec. dist. 4. hisce verbis: *Ab antiqua Patrum institutione didicimus, ut qui apud heresim in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam Ecclesiam redeunt, aut unctioe Chrismatis, aut impositione manus, aut solâ professione fidei ad sinum matris Ecclesie revocentur.* Vnde Arianos per impositionem manus Occidens, per unctioem vero sancti Chrismatis ad ingressum sanctæ Catholice Ecclesie Oriens reformas.

Neque Confirmatoria silent antiqua Concilia: Elibertinum namque cap. 38. sic

statuit: *Peregrè navigantes: aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem (qui Lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus) baptizare in necessitate infirmitatis positum Catechumenum, ita ut si supervixerit, ad Episcopum eum perducatur, ut per manus impositionem perfici possit.*

De eadem loquitur Cyprian. Epist. 73. ibi: *Et idcirco, quia legitimum & Ecclesiasticum Baptismum consecutus fuerant (loquitur de hereticis baptizandis) baptizari eos ultra non oportebat: sed tantummodo quod decet, id à Petro & Ioanne factum est, ut oratione habitâ, & manu impositâ invocaretur, & infunderetur super eos Spiritus sanctus.*

Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, Præpositis Ecclesie offerantur, & per nostram orationem, ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur & signaculo Dominico consummentur.

Similiter Hieron. contra Luciferianos 3. ibi: *Ut baptizatus postea manus imponatur, & ita invocetur Spiritus sanctus.*

Prænotandum Tertiò, sæpe à Patribus Confirmationem confundi cum Baptismo, idque quia consuetum erat in initio Ecclesie simul illa Sacramenta administrare propter paucitatem Apostolorum, qui soli habebant potestatem confirmandi.

Hinc quando Apostolus Petrus Adorum 2. v. 38. ait: *Penitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritus sancti, per Iy Donum Spiritus sancti, intelligit Confirmationem sive manuum impositionem; quippe per solum Baptismum nullibi in Scriptura legitur datus Spiritus sanctus, id est, plenitudo Spiritus sancti. Quoniam ergo Confirmatio perfectio est & complementum Baptismi, idcirco non incongruè ejus nomine interdum appellatur.*

His prænotatis sit

C O N.

CONCLUSIO I.

Confirmatio est verum ac proprium novæ Legis Sacramentum.

**I**Ta novissimè, post Florent. in decreto de Armenis, definitur Trident. sess. 7. de hoc Sacramento can. 1. contra hæreticos nostri temporis, inquit: Si quis dixerit Confirmationem baptizatorum otiosam ceremoniam esse & non potius verum & propriè Sacramentum; aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesin quandam, quæ adolescentia proximi fidei suæ rationem coram Ecclesia exposcebant, anathema sit.

Quòd sit ceremonia aliqua sive signum sensibile nemo potest negare, & luce clarius apparebit ex materia & forma inferiùs assignandis. Porro non esse otiosam, ut somniant A catholici, sed efficere gratiam sanctificantem, colligo ex Scrip. Act. 8. v. 17. Tunc imponebant (Apostoli) manus super eos (baptizatos) & accipiebant Spiritum sanctum.

Et c. 19. v. 6. Et cum imposuisset illis (baptizatis) manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, utique per gratiam internam sanctificantem, ut essent plene sanctificati (ut verbis D. Cypr. epist. 70. & 72.) filij Dei, & renati utroque Sacramento, Baptismo nimirum & Confirmatione.

Ad stipulatur D. Aug. lib. 3. de Baptismo contra Donatistas c. 16. in principio: Spiritus, inquit, sanctus quia in sola Catholica per manus impositionem dari dicitur, nimirum hoc intelligi maiores nostri voluerunt, quod Apostolus ait: Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ipsa est enim charitas, quam non habent, qui ab Ecclesia Catholica communionem præcisi sunt, ac per hoc etiam si linguæ hominum loquantur & Angelorum, si fecerint omnia sacramenta, & omnem scientiam, & si omnem habeant prophetiam, & omnem fidem, ita ut montes transferant, & distribuunt omnia sua pauperibus, & tradant corpus suum ut ardeant, nihil eis prodest. Non autem habet Dei charitatem, qui Ecclesia non diligit unitatem; ac per hoc recte intelligitur dici non accipi, nisi in Ecclesia, Spiritus sanctus.

Occurrentique responsioni hæreticorum prosequitur: Neque enim temporalibus & sensibilibus miraculis attestantibus (Quid aliud, nisi charitatem diffusam in cordibus?) per manus impositionem modo datur Spiritus sanctus,

sicut antea dabatur, ad commendationem rudis fidei, & Ecclesia primordia dilatanda. Quis enim non hoc expectat, ut ij, quibus manus ad accipiendum Spiritum sanctum imponitur, repente incipiant linguæ loqui? Sed invisibiliter & latenter intelligitur per vinculum pacis eorum cordibus divina charitas inspirari, ut possint dicere: Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Ergo secundum D. Aug. accipere Spiritum sanctum per manus impositionem, non est accipere donum linguarum, aut prophetiæ, seu alias gratias gratis datas, sed charitatem Dei diffusam in cordibus per Spiritum sanctum; quæ quid aliud est quam gratia justificans, vel ejus augmentum?

Ne autem aliquis scrupulus remaneat de mente tanti Doctoris, audiamus quid ad idem propositum dicat Tract. 6. in Epist. B. Joan. Primis temporibus cadebat super credentes Spiritus sanctus, & loquebantur linguæ, quas non didicerant, quomodo Spiritus dabat eis pronuntiare. Signa erant temporis opportuna. Oportebat enim ita significari in omnibus linguæ Spiritum sanctum, inhabitantem corda fidelium, per gratiam justificantem, quia Evangelium Dei per omnes linguas cursurum erat toto orbe terrarum: significatum est illud & transijt. Numquid modo quibus imponitur manus, ut accipiant Spiritum sanctum, hoc expectatur ut linguæ loquantur? Aut quando imponimus manus istis infantibus; attendit unusquisque vestrum utrum linguæ loquerentur? Et cum videret eos linguæ non loqui, ita perverso corde aliquis vestrum sicut ut diceret: non acceperunt isti Spiritum sanctum, nam si acceperunt linguæ loquerentur, quemadmodum tunc factum est? Si ergo per hæc miracula non fiat modo testimonium presentie Spiritus sancti, id est, charitatis Dei, unde fit, unde cognoscit quisque accepisse se Spiritum sanctum?

Igitur ex mente D. Aug. tunc miracula illa erant testimonium presentie Spiritus sancti per gratiam internam, seu invisibilem, quæ de facto infunditur per impositionem manuum absque aliquo sensibili miraculo.

Accedat aliud testimonium ejusdem Doctoris ex lib. 15. de Trinit. c. 26. ubi loquens de Christo, sic ait: Et manifestius de illo scriptum est in Actibus Apostolorum: Quoniam unxit eum Deus Spiritu sancto. Non utique oleo visibili, sed dono gratiæ, quod visibilis significatur unguento, quo baptizatos ungit Ecclesia.

Noli ergo cogitare, noli dicere D. Augustinum non agnovisse Sacramentum Confirmationis. Agnovit planè locis jam allegatis: quamvis difficile appareat, quod

CG 3

ait lib.

Secundum quem idem est accipere Spiritum sanctum per manus impositionem, ac gratiam sanctificantem.

De quo non est dubitandum utrum confirmatiois sit.

Act. 10. v. 30.

De quo non est dubitandum utrum confirmatiois sit.

5. Probatur conclusio ex Trident.

Item ex Scripturis Act. 8. & 19.

5. Cypr.

6.

Ad stipulatur D. Augustinus. Rom. 3. v. 5.

eramentum agnovetis

ait lib. 3. de Baptismo c. 16. & refertur 1. q. 1. c. 74. Manus autem impositio non sicut Baptismus repeti non potest. Quid est enim aliud nisi oratio super hominem? Etenim veritas Catholica est, Sacramentum Confirmationis iterari non posse. Quid ergo ad D. Augustinum?

Respondeo eximium & Sanctum Ecclesiae Doctorem illo loco per manus impositionem nequaquam intelligere Confirmatoriam, sed Reconciliatoriam, juxta illud, quod apud eundem lego lib. 5. de Baptismo c. 23. ibi: Manus autem impositio, si non adhibetur ab heresi venienti, tanquam extra omnem culpam esse indicaretur, propter charitatis autem copulationem, quod est maximum donum Spiritus sancti, sine quo non valent ad salutem, quaecumque alia sancta in homine fuerint, manus hereticis correctis imponitur.

Quod non semper per manus impositionem intelligit;

Unde & priori loco subjungit: Nam quod in typo unitatis Petro Dominus dedit potestatem, ut id solveretur in terris, quod ille solvisset, manifestum est quod illa unitas, etiam una columba perfecta sit dicta. Ut quid allegaret potestatem solvendi, si non intelligeret impositionem manuum reconciliatricem poenitentis? Certè hæc, non sicut Baptismus, repeti non potest, sed potius instituta est ut sæpius iteretur.

Chm manus impositio aliqua sit reconciliatoria, 8.

Vocat autem illam, Oracionem; non quod absolutio sacramentalis sit deprecatoria (contrarium quippe ostendam proprio loco) sed vel propter preces antecedentes & subsequentes; quemadmodum totum, quod dicitur in officio divino, appellatur oratio, licet etiam legantur historiae, quæ solum sunt narratio; vel quia implicite continet orationem, quæ Sacerdos nomine Christi efficaciter petit remissionem peccati.

Ad Confirmatoriam autem requirit unctioem, 9.

Confirmatur; quia ad manus impositionem Confirmatoriam requirit Unctionem lib. 2. contra lit. Petilianum c. 104. ibi: Et in hoc unguento Sacramentum Chrismatismis vult (Petilianus) interpretari, quod quidem in genere visibilium signaculorum sacramentum est, sicut ipse Baptismus, sed potest esse in hominibus pessimis, ratione scilicet characteris; uti etiam ipse Baptismus, cui Aug. comparat hoc Sacramentum in sanctitate; comparaturus etiam proculdubio in non iterabilitate, si sermo ita exegisset. Hæc de mente D. Aug.

10.

Per manus impositionem Apostolorum temporibus

Sed revertamur ad Scripturam, unde digressi sumus. Profectò non est verisimile in primitiva Ecclesia temporibus Apostolorum omnibus baptizatis per manus impositionem concessum fuisse donum linguarum & prophetiæ. Alioquin quomodo

diceret Apostolus 1. Cor. 12. v. 29. Num. quid omnes Apostoli? numquid omnes prophetae? ... numquid omnes linguis loquantur?

Multa (inquit D. Aug. lib. 3. de Bapt. c. 16.) operationes sunt Spiritus sancti, quas idem Apostolus cum quodam loco (1. Cor. 12. v. 8.) quantum sufficere arbitratus est commemorasset, ita conclusit (v. 11.) Omnia autem hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. Ergo non omnibus baptizatis indifferenter conferbantur hæ operationes Spiritus Sancti, five gratis gratis data: per manus impositionem.

Accedit, quod donum linguarum, prophetiæ, &c. possint esse in peccatore, ut patet 1. Cor. 3. v. 1. & 2. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habuero &c. Et si habuero prophetiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

Quod etiam advertit S. Aug. supra dicens: Cum ergo sit aliud Sacramentum, quod habere etiam Simon Magus potuit (ratione characteris animæ impressi) aliud operatio Spiritus (externa) quæ in malis hominibus etiam fieri solet: sicut dicitur, 1. Reg. 19. habuit prophetiam; aliud operatio (interna) eiusdem Spiritus, quam nisi boni habere non possunt, sicut est finis præcepti charitas de corde puro &c.

Atque hi sunt qui opere & veritate per manus impositionem accipiunt Spiritum sanctum, sicut accepit Cornelius vir iustus, religiosus, ac timens Deum Act. 10. v. 44. & 45. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super eos, qui audierant verbum. Et obstupuerunt ex circumfusione fidelitatis Spiritus sancti effusa est, tum visibiliter per donum linguarum; sequitur enim v. 46. Audiebant illos loquentes linguis & magnificantes Deum: tum invisibiliter per charitatem diffusam in cordibus eorum: siquidem Tunc respondit Petrus (v. 47.) Numquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos?

Idem significat Princeps Apostolorum c. sequenti v. 15. Cum autem cepissent loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut & in me in initio. Et v. 17. Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis, qui credidimus in Dominum Iesum Christum: ego quis etiam, qui possem prohibere Deum? Quis autem ambigat, Apostolos in die Pentecostes, post adventum visibilem Spiritus Sancti in linguis igneis, accepisse augmentum gratiæ sanctificantis? Unde

Secl. 1. De Essentia Confirmat. Concl. 1. 423

Unde fideles ex circumfione auditis, quæ dicebantur à Petro, tacuerunt, & glorificaverunt Deum, dicentes: Ergo & Gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam. Ibidem v. 18. Quæ illa vita, nisi interior hominis sanctificatio?

11. Manuum impositio Apostolica non fuit ceremonia otiosa;

Itaque impositio manuum, per quam Apostoli olim dabant Spiritum sanctum, non fuit ceremonia aliqua otiosa, neque usurpata tantum ad conferendum donum linguarum; minus, ut falsò existimat Calv. lib. 4. instir. c. 19. ut ipso gestu Apostoli significarent se Deo commendare, & velut offerre eum, cui manus imponebant.

Alioquin cur Apostoli, qui erant Hierosolymis, cum audissent, quòd recepisset Samaria verbum Dei, cur, inquam, tam festinè ad eos misissent Petrum & Joannem? Nonne absentes æquè ac præsentem poterant illos Deo offerre? An Simon Magus adeò stultus erat, ut vellet pecunià emere potestatem offerendi Deo fideles, quam quilibet Christianus habet?

Quid ergo? Vidit solis Apostolis à Christo ordinatis permitti hoc ministerium; vidit ipsos per manuum impositionem dare Spiritum sanctum visibiliter per donum linguarum & prophetiæ; credidit dare Spiritum sanctum invisibiliter per gratiam sanctificantem, vidit, credidit & obtulit eis pecuniã dicens: Act. 8. v. 19. Date & mihi hanc potestatem, ut cuiuscumque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecuniã tuã tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecuniã possideri.

12. Ador. 8.

Sed collati- va plenitudinis gratiæ sanctificantis.

Ador. 1.

Quod donum Dei? Ordinationem Episcopalem, donum linguarum, & plenitudinem gratiæ sanctificantis; de qua plenitudine dicebat Christus Apostolis suis Act. 1. v. 5. Quia Ioannes quidem baptizavit aquã; vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies, utique in die Pentecostes; nam ut ostendimus disp. 1. Apostoli probabiliter ante passionem Christi abluti erant lavacro regenerationis.

12. De qua plenitudine loquitur Joël Pro- pheta, Ador. 2.

De eadem plenitudine loquitur Deus apud Prophetam Joël. c. 2. v. 28. Et erit post hæc: effundam Spiritum meum super omnem carnem.

Nota ly Super omnem carnem, quod generaliter ut sonat intellexit Apostolus Petrus Act. 2. v. 17. Et erit, inquit in novissimis diebus (dicit Dominus) effundam de Spiritu meo super omnem carnem; & prophetabunt filij vestri &c.

Ad quam Scripturam alludens Christus Joannis 7. v. 38. ait Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent

aquæ vivæ. Ubi Evangelista subjungit: Hoc autem dixit de Spiritu (id est plenitudine gratiarum) quem accepit erant credentes in eum, per manus impositionem. Nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus; nam solum in Pentecoste Apostoli, & post Pentecosten alij fideles, quorum sine dubio plures ante Ascensionem Christi fuerant baptizati, per Sacramentum Confirmationis augmentum, robur, perfectionemque gratiæ baptismalis acceperunt.

Et Christus apud Joannem Evangeliam c. 7.

Et quis credat hunc Spiritum in Ecclesia Christi non amplius dari? Fallitur ergo, aut fallit æterna Veritas, quæ Joan. 14. v. 16. promittit Spiritum mansurum nobiscum in æternum, id est, usque ad finem mundi? Et ego, inquit, rogabo Patrem & alium Paraclitum dabit vobis ut maneat vobiscum in æternum Spiritum veritatis.

13. Nec dubitandum quin adhuc detur in Ecclesia; Joan. 14.

Abstine à nobis ut Deum falli aut fallere posse dicamus. Non enim, inquit D. Aug. lib. de natura & gratia c. 49. ut stulti putant, ideo non erit omnipotens, quia nec mori potest & negare se ipsum non potest. Nam, ait idem S. Doctor lib. 1. de Symb. ad Catech. c. 1. si mori posset, non esset omnipotens: si mentiri, si falli, si fallere, si inique agere, non esset omnipotens, quia si hoc in eo esset, non fuisset dignus, qui esset omnipotens.

S. Aug.

Finio verbis D. Hieron. contra Luciferianos: An nescis, (heretice) Ecclesiarum hunc esse morem ut baptizatis postea manus imponatur, & invocetur Spiritus Sanctus? Exigis ubi scriptum sit? In Actibus Apostolorum. Etiam si Scriptura auctoritas non subesset, totius orbis in hanc partem consensus instat præcepti obtineret. nam & multa alia, quæ per traditionem in Ecclesijs observantur, auctoritatem sibi scripte legis usurpaverunt.

14. S. Hieron.

Uti probatur auctoritate Ecclesiæ,

Quæris unde constet ille consensus. Respondeo ex testimonijs sedecim Pontificum incipiendo à Clemente Rom. plurimorum Conciliorum, ac SS. Patrum, quæ videri possunt apud Basil. Pontium supra parte 1. c. 2. à numero 3. usque ad 8. Bellarminum, & alios Controversistas. Ego in re tam clara superledeò singulorum verbis exleribendis.

Et communis consensus Patrum & Doctorum.

Fateor, per Baptismum dari potuisset gratia, quã homo non solum regeneraretur, verum etiam in fide, quam accipit, perficeretur: Equidem conveniens fuit hæc Sacramentorum varietas, quia diversum beneficium est generari spiritaliter, quod fit per Baptismum, & roborari in Spiritu accepto, ad quod instituta est Confirmatio, & nutririi seu ali, quod proprium est cibo & potui Eucharistico.

15. Et rationabili convenientia.

Et

Et ideo Apostolis, absque dubio spiritaliter regeneratis, imò & communione Eucharistiæ refectis dictum est à Christo Act. 1. v. 8. Accipietis virtutem superventis Spiritus Sancti in vos, utique ad fidei publicam confessionem, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudea, & Samaria, & usque ad ultimum terra.

Si Apostolis præter gratiam Baptismi & Eucharistiæ, erat necessaria specialis gratia Spiritus sancti ad fortiter Christi fidem propugnandam, & propagandam; quantò magis cæteris Christianis, tantò imbecillioribus in confessione fidei, quantò imperfectioribus in amore?

Ita ergo se habet de Confirmatione definita sententia voluntatis Dei, communi Patrum consensu recepta, & perpetuo usu Ecclesiæ confirmata, contra quam disputare insolentissima insanæ est.

Definitur autem seu potius describitur hoc Sacramentum ex Doctore Subtili 4. dist. 7. q. 1. n. 1. *Unctio hominis viatoris aliquantulum consentientis, vel libero arbitrio nunquam usi, facta in fronte in figura crucis cum Chrismate sanctificato, & hoc à ministro idoneo, simul cum intentione debita inungente, & certa verba proferente, significans efficaciter ex institutione divina unctioem anime per gratiam roborantem ad consistendum cum constantia fidem Christi.*

Cujus descriptionis singulas partes antequam cum Scoto aggrediar explicare, quero tempus institutionis. Quæro, inquam, & vix invenio: interim, salvo meliori, dico

## CONCLUSIO II.

Sacramentum Confirmationis institutum fuit à Christo quoad materiam & formam in nocte ultimæ Cœnæ, quoad ministrum Joannis 20.

**17.** Item institutionis tempus, & modus, DE tempore & modo institutionis hujus Sacramenti, sic loquitur Doctor Subtilis supra n. 3. *Supponitur institutum esse à Deo, licet tempus, & modus huius institutionis in Scriptura non legatur: forè quia historiographi Scripturam usque ad tempus illud non produxerunt: non enim produxerunt ultra tempus Apostolorum, nec etiam usque ad plures annos ante mortem eorum: toto autem tempore Apostolorum forè mansit donum linguarum in Sacramento Confirmationis.*

Ubi quando audis, forè, cogita Doctorem nihil determinatè & absolutè asserere, sed proponere se doctoribus examinandum.

Addit: *Necessè improbabile multa esse tradita auctoritatè à Christo Ecclesiæ per Apostolos, quæ tamen in Scriptura non legimus, ut dicit Damascenus lib. 4. c. 4. ubi loquens de adoratione imaginum, ait: Est autem nobis tradita ista traditio, quemadmodum oportet ad orientem adorare crucem, & alia plurima his similia.*

Ecce petra scandali & lapis offensionis, sed ijs, qui timent, ubi non est emendandum. Non videtur, inquit Pontius supra parte 1. c. 3. n. 11. reprehensione carere Scotus quem sequuntur Nonnulli Scotistæ, qui in 4. dist. 7. q. 1. docere videtur institutionem hujus Sacramenti esse à Christo factam, non constare ex sacra Scriptura, sed haberi ex doctrina à Patribus & Apostolis accepta.

Sed age Basili, produc textum sacre paginæ, in qua Christus instituit unctioem Chrismatis pro materia hujus Sacramenti, pro forma autem hæc verba, aut æquipollentia: *Signo te signo crucis &c. & credimus tibi. Nonne tu ipse cum alijs doces parte 2. c. 6. Apostolos Act. 8. & 19. confirmasse sine unctioe Chrismatis per nudam manuum impositionem?*

Præterea inquiri: legisti aliquando in Scriptura Apostolos confirmasse sine visibile descensu Spiritus sancti? Ex quo ergo loco ostendis Apostolos confirmasse cum Chrismate & unctioe?

Si dixeris, ex Apostolo 2. Cor. 1. v. 21. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus, qui & signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. Proficèd te ipso teste parte 1. c. 3. n. 7. multi confirmandi verbum intelligunt de Confirmatione per gratiam, & fidem, sive ea detur in Sacramento, sive extra. Ita Chryl. Theodoretus, Theoph. Hier. S. Thom. & plures alij.*

Illud etiam verbum, *Unxit nos* multi intelligunt de unctioe per gratiam uti & ly, *Signavit nos*, nonnulli ex citatis explicant de signatione per gratiam, quæ discernuntur prohi ab improbis. Alij de obligatione per Spiritus sancti dona, & gratias gratis datas. Aliqui de obligatione per characterem. Alij de obligatione per auxilium efficacem. Cæteri de obligatione per signum Crucis. Quare non inde probatur efficaciter Sacramentum Confirmationis.

Si adduxeris testimonium ex Apostolo 1. ad Ephel. v. 13 *In quo, scilicet Christo, credentes signati estis Spiritu promissionis sanctæ, qui est,*

Sect. 1. De Essentia Confirmat. Concl. 2. 425

qui est pignus hereditatis nostrae. Et cap. 4. vers. 30. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo signatus est in diem redemptionis. Te quidem iudice, quamvis probabilis expositio sit ea, quae hæc testimonia de Sacramento Confirmationis interpretatur: attamen non est convincens. Nam communior explicatio est apud Sanctos Patres, quæ de signaculo per gratiam, & charitatem explicant, quo feceruntur boni à malis.

Et 4. Saltem effaciter convincentem.

20. Talis non est locus Joannis Apostoli tunc ipse Pontio.

Sed inquit; apud Joan. Epist. 1. c. 2. v. 27. legimus: *Et vos unctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis.* Et v. 20. *Sed vos unctionem habetis à Sancto, & noscitis omnia.* Quem locum plurimi interpretantur de unctione chrisimatis in Sacramento Confirmationis.

Respondeo cum Pontio supra num. 9. probabilis quidem interpretatio, sed non concludens. Nam Hier. in c. 3. Habacuc, & Cyrillus Alexandrinus in oratione ad Presbyteros, & Diaconos, nomine *Unctionis* Baptismum intelligunt, in quo unguimur etiam in vertice capitis. Et Emanuel Sa intelligit Christianismum. Lorinus gratiam justificantem cum dono intellectus. Alij fidem Christianam.

21. Dices rursus; Apostolus ad Heb. 6. v. 2. inter doctrinæ Christianæ rudimenta post Baptismum proximè enumerat, *Impositionem manuum*, dicens: *Baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni.* Et quidem testimonium hoc, inquit Pontius supra n. 10. majori cum probabilitatis specie (ergo non evidenter) adducitur ad probandum Sacramentum Confirmationis. Nam de illo intelligunt plerique Patres tam Græci, quàm Latini, & recentiores Interpretes, excepto Salmerone, qui disp. 14. in Epist. ad Heb. Ad 2. intelligit de impositione manuum super Catechumenos, & Energumenos ad expellendos demones, quem sequitur Justinianus. Ambrosius quoque Catherinus de impositione manuum in Ordinis Sacramento explicat.

Imò nec Apostoli Pauli ad Hebr. 6.

Esto tamen loquatur Apostolus de Sacramento Confirmationis, quid inde? Num Doctor Subtilis supra negat Sacramentum Confirmationis exprimi in Scriptura? Imò affirmat dicens: *Toto tempore Apostolorum fortè mansit donum linguarum in Sacramento Confirmationis.*

Et paulò superius: *Cum Apostolis etiam in primitiva Ecclesia potuit dispensare, & maxime, quia in Confirmatione collata (utique Actor. 8. & 19. quam Scotus non potuit ignorasse) erant aliqua signa sensibilia, pura*

communiter descensus Spiritus sancti super confirmatos, & donum linguarum.

Manuum itaque impositionem reperio in Scriptura, & dubio procul Scotus legit. Sed ubi Chrisimatis unctio? ubi forma: *Signo te signo crucis &c.*? Quærat Pontius diligenter, & cum invenerit, digito monstrat locum, ut eundem penitus inspectientes, aliquà veri specie dicere cum ipso possimus: Non videtur reprehensione carere Scotus.

Qui profectò nihil aliud intendit, quàm Sacramentum Confirmationis, ut hodie in Ecclesia ministratur per unctionem Chrisimatis, & certam verborum formam, in Scriptura non legi: ut patet ex contextu istius n. 3. in quo sibi objicit contra materiam & formam simul (illam indubie, quam expresserat in sua definitione, & num. 2. explicaverat, unctionem pura factam in fronte in figura crucis cum Chrismate sanctificato, & verba ordinaria *Signo, vel configno te &c.*) objicit, inquam, *Quia Christus non sic instituit.* Respondet autem Deum sic quidem instituisse, licet tempus & modus huius institutionis in Scriptura non legatur. Hæc pro defensione nostri Doctoris.

22. Mandis quidem impositio legitur in Scriptura;

22. Mandis quidem impositio legitur in Scriptura;

Sed hæc Scotus non negavit in Scriptura contineri

Sed modum, quo nunc confirmatio datur.

Nunc ostendo primam partem conclusionis (supponendo cum communi sententia, omnia Sacramenta, adeoque Confirmationem immediatè à Christo fuisse institutam) ex Fabiano Papa Epist. 2. c. 1. sibi: *In illa die Dominus Iesus, postquam cenavit cum discipulis suis, & lavit eorum pedes, sicut à Sanctis Apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt, Chrisma conficere docuit: puta ad usum in Sacramento Confirmationis.*

23.

1. pars Conclusionis probatur ex Fabiano Papa,

Ergo credibile est tunc etiam præscripsisse formam: maxime cum secundum communem phrasim in libris Ecclesiasticis *Chrisimatis* nomine, Confirmationis Sacramentum intelligatur, ut sensus Pontificis sit: *Conficere docuit Sacramentum Confirmationis in Chrisimatis unctione, & certa verborum formâ.* Colligo, quia subdit: *Ipsa lavatio pedum nostrum significat Baptismum, quando sancti Chrisimatis unctione perficitur, & confirmatur.*

Cujus verbi expositio

Dices; multiplex est usus Chrisimatis in Ecclesia, in Confirmatione nempe, Ordinatione, consecratione Basilicarum, Altarium & vasorum, in quibus Sanguis Christi conficitur. Potuit ergo Christus doctrinam Chrisimatis ad alia tradere eâ nocte, etiamsi non instituerit hoc Sacramentum.

24.

Respondeo potuisse; sed unde constat fecisse, & non potius contrarium, quando-

H h h



Et de confirmatione  
Chrifti  
confirmato-  
rij intelli-  
guntur.

quidem nulla sit ratio afferendi, alias chris-  
mationes, præter Confirmatorias, à  
Christo immediatè esse institutas? Cer-  
tè nullus hæc tunc asseruit unctiorem Or-  
dinandi esse materiam essentialem. Et quis  
ambigat unctiões Altarium, & similes,  
esse merissimi juris Ecclesiastici? Quo ergo  
fundamento dicemus hujusmodi chrisma-  
tiones à Christo in ultima cœna edoctas,  
& non potiùs solam unctiorem Chrifti  
essentialem Sacramento Confirmationis,  
quod à solo Christo poterat institui, ut do-  
cuimus disp. 1. sect. 2. concl. 1.?

25.  
Ergo pro-  
tunc non-  
dum esset  
institutus  
Sacramenti  
minister  
Matth. 26.

Nec moveat quemquam, quòd tunc  
necdùm esset institutus minister, ut patet  
ex 2. parte Conclusionis; etenim Chriftus  
instituit Eucharistiam, cùm dixit Matth.  
26. v. 26. *Hoc est corpus meum*, & tamen  
necdùm erat institutus minister, scilicet  
Sacerdos; cùm postea sint Apostoli facti  
Sacerdotes per sequentia verba apud Euan-  
gelist. Lucam cap. 22. v. 16. *Hoc facite in  
meam commemorationem*, teste Concil. Tri-  
dent. sess. 22. c. 1. ibi: *Ac sub earundem  
rerum Symbolis*, id est, speciebus panis &  
vini, *Apostolis*, quos tunc novi Testamenti  
Sacerdotes constituat, ut sumerent Corpus  
suum & Sanguinem tradidit Chriftus, & eis-  
dem, eorumque in Sacerdotio successoribus, ut of-  
ferrent, præcepit per hæc verba: *Hoc facite in  
meam commemorationem*.

Uti conti-  
git in insti-  
tutione Eu-  
charistie.  
Trident.

Aliud simile, quod Pontius supra c. 4.  
num. 14. adfert, de Baptismo instituto  
in Jordane antequam Apostoli haberent  
potestatem baptizandi, multum claudi-  
cat; nam in primis non constat in Jordane  
fuisse determinatam materiam, & formam  
essentialem Baptismi, ut ostendimus disp.  
præced. sect. 1. conclus. 1. & Patres, qui  
citantur pro illa opinione commodè pos-  
sunt intelligi. Vide ibi dicta.

Simile de  
de Baptis-  
mo in Jor-  
dane insti-  
tuto mul-  
tùm claudi-  
cat.

Deinde dato quòd fuerit ibi Baptismus  
institutus; unde probatur Apostolos eo  
ipso non habuisse potestatem baptizandi?  
An quia illam non exercuerunt illicò ba-  
ptizando? Non dubito quin statim ab in-  
stitutione, quilibet homo viator ratione  
utens fuerit idoneus minister hujus Sacra-  
menti; cùm ad valorem Baptismatis, ut  
patet ex dictis disp. præced. sect. 5. con-  
clus. 1. non esset necessaria specialis aliqua  
potestas, per specialem Dei voluntatem mi-  
nistro communicanda; qualis tamen requi-  
rebatur in ministro Eucharistie, Ordina-  
tionis, Pœnitentiæ, Extremæ Unctiões,  
atque Confirmationis.

26.  
Non est  
implicanti-  
a institui Sa-

Quidquid ergo sit de Baptismo; ipsa  
ratio dicat, nullam esse repugnantiam in  
eo, quòd Sacramentum aliquod institua-

tur quoad materiam & formam, priusquam  
instituitur causa ipsius ministerialis; cer-  
tum quippe est causam efficientem non per-  
tinere ad essentiam effectus. Porro ritus,  
vel contrarium factum fuisse in præsentem  
Sacramento, Scriptura expressè non men-  
dit; sed tantum reperio Chriftum in ulti-  
ma cœna sæpiùs promississe Apostolis, &  
in ipsis omnibus fidelibus Spiritum san-  
ctum, dandum videlicet aliqua sensibili ce-  
remonia, qui est effectus hujus Sacramenti.

Illud, inquam, tantum reperio; ex quo  
tamen, junctâ traditione, de qua supra Fa-  
bianus Pontifex, verosimiliter concludo;  
ergo in nocte ultimæ Cœnæ instituta seu  
determinata fuit à Christo essentia Con-  
firmationis, nisi aliud tempus opportunius  
assignetur.

Assignas Primò, quando Chriftus im-  
ponebat manus parvulis: Matth. 19.  
vers. 15. *Et cùm imposisset* Chriftus eis pa-  
rvulis manus, *abiit inde*. Per quam imposi-  
tionem manuum multi intelligunt Confir-  
mationem.

Sed contra; hi parvuli nondum erant  
baptizati; neque ulla eo loco extat causa,  
quare Chriftus extraordinariè eos confir-  
masset. Deinde Joan. 7. v. 39. dicitur:  
*Nondum erat Spiritus*, ad robur, seu ad in-  
trepidè & audacter subeundam mortem  
pro fide Chrifti, *datus, quia Iesus nondum erat  
glorificatus*. Ut omitam non decessisse ali-  
quem confirmari ante Apostolos.

Et dato quòd Chriftus ibi per manuum  
suarum impositionem extraordinariè con-  
tulerit eundem effectum, quem modò cau-  
sat Sacramentum Confirmationis; an id-  
circo bene sequitur; ergo Chriftus eo tem-  
pore determinavit Chrifti confirmationem pro ma-  
teria, & instituit certam verborum formam?

Non quaeritur hæc, ubi Chriftus aut  
Deus plenitudinem Spiritus sancti dederit;  
quid enim aliud clamat Dies Penteco-  
cotes, in quo, ut legitur Act. 2. v. 3.  
*Apparuerunt*, Apostolis, aliisque discipulis,  
*dispartite lingue tanquam ignis, sedens super  
singulos eorum: & repleti sunt omnes spiritu  
sancto, & ceperunt loqui variis linguis, prout  
spiritus sanctus dabat eloqui illis?* Quis hoc  
nesciat? At dico non propterea illo die  
fuisse determinatam materiam & formam,  
quâ hodie utitur Ecclesia in collatione hu-  
jus Sacramenti, ut optime intellexit Do-  
ctor Subtilis loco statim citando.

Assignas Secundò, quando Chriftus  
post resurrectionem Apostolis Spiritum  
sanctum dedit insufflando, eisque dixit  
Joan. 20. v. 22. *Accipite spiritum sanctum*. Ita  
inquit Suarez de hoc Sacramento disp. 32.  
sect.

sect. 2.) videtur significare Scotus in 4. dist. 7. qu. 1. in 1. objectione; in solutione verò indicat, fortasse non fuisse institutum ante Christi ascensionem, neque toto illo tempore, quo Apostoli non fuerunt usi materiâ & formâ hujus Sacramenti.

Sed hoc posterius neque ipsi Scoto placet, neque est probabile: alioquin vel dicendum esset hoc Sacramentum non fuisse immediatè à Christo institutum, aut iterùm ad terras descendisse ad instituendum illud, vel certè in cælo existentem illud instituisse, & Apostolis per mundum dispersis revelasse, quæ omnia improbabilia sunt. Huc usque Suarez.

29. Quod malè attribuitur Scoto. Sed quid dicam? sicuti alibi, ita & hic deceptus est, aut certè alios decepit, qui ex ipso illam sententiam Scoto affinxere. Accipite verba Doctoris Subtilis supra numero 3. *Et si obijctur primò contra materiam & formam simul, quia Christus non sic instituit, ut patet Ioannis 20. quando insufflavit, & dedit discipulis Spiritum sanctum, Et similiter Act. 2. quando misso Spiritu sancto, in lingua igneis confirmabantur.*

En objectio, in qua Suario videtur significare Scotus Christum instituisse hoc Sacramentum (id est, unctionem Chrismatis, & certam verborum formam) Joan. 20. Certè pari ratione potuisset ipsum citare pro tertia sententia, quæ existimat hoc Sacramentum institutum in Pentecoste, quod tamen non facit.

30. Sed qualis amabo consequentia? Scotus ait: *Et si obijctur primò contra materiam & formam simul, quia Christus non sic instituit, ut patet Ioan. 20. & c.* Ergo Scotus videtur significare Christum instituisse materiam & formam hujus Sacramenti, quæ de facto Ecclesia utitur, Joan. 20.

Sententia alicujus Auctoris non est intelligenda ex objectionibus, sed ex earum solutionibus. Alicujus Auctoris sententia (inquit Pontius supra cap. 4. num. 11. ubi Scotum vindicat ab hac consequentia Suarii & aliorum) non est intelligenda ex objectionibus, quas contra conclusionem, aut veritatem proponit, sed ex earum solutionibus.

31. Solutio Scoti. Quam verò existimatis Doctorem adhibuisse solutionem huic objectioni? Attendite. *Ad primum, inquit, istorum, dicendum, quòd Christus non alligavit potentiam suam Sacramenti, & ideo ipse sive in terris, sive post ascensionem in cælo existens potuit confirmare Apostolos sine tali materiâ & tali forma. Quid clariùs dicere poterat?*

Admittit quod in objectione petebatur, scilicet Christum non instituisse ma-

teriam & formam, neque Joan. 20. neque Act. 2. esto alioquin ibi Apostolos confirmasset per extraordinariam potentiam; quemadmodum sine prævia confessione absolvit paraliticum Matth. 9. v. 2. dicens. *Conside fili, remittuntur tibi peccata tua.*

Pergit Doctor: *Cum Apostoli etiam in primitiva Ecclesia potuit dispensare, & maxime, quia in Confirmatione ab eis collata erant aliqua signa sensibilia, puta communiter descensus Spiritus sancti super confirmatos & donum linguarum. Sed tamen cessantibus talibus miraculis debuerunt hanc materiam & hanc formam servare: supponitur enim institutum esse à Deo, licet tempus & modus huius institutionis in Scriptura non legatur.*

Si instituit ex mente Scoti (ut videtur Suario) Joannis 20. quomodo verum est quod hic dicit: *Licet tempus & modus huius institutionis in Scriptura non legatur?* An non legerat Scotus Scripturam Joan. 20.

32. Spectastis solutionem Scoti? In hac (inquit Suarez supra) indicat, fortasse non fuisse institutum ante Christi ascensionem. Sed cur hoc? Quia (reponis) Apostoli non sunt usi illâ materiâ & formâ.

Quid? Nonne D. Thom. & antiqui ferè Scholastici omnes docent in primitiva Ecclesia Apostolos baptizasse ex dispensatione, in nomine solius Christi? Ipse Suarez fatetur disp. 21. sect. 3. Et idcirco consequens erit pro illo tempore non fuisse institutam, formam baptizandi *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti?* Imò contrarium verum est; ubi enim non est lex, nec dispensatio, utpote quæ non sit aliud, quàm revocatio seu relaxatio juris pro certo tempore, vel quoad personam particularem.

Cùm itaque Scotus supponat dispensationem pro toto tempore quo Apostoli confirmarunt per visibilem descensum Spiritus sancti, potius indicat etiam ante illud tempus materiam & formam communem fuisse à Christo determinatam, licet illa determinatio in Scriptura non expressè legatur.

33. Petes, quomodo ergo intelligendum sit, quod Scotus ait 4. dist. 2. q. 1. n. 4. *De Confirmatione patet institutio Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum & c. vel in die Pentecostes Act. 2.*

Respondeo, patet institutio; tum quia Joan. 20. consummata fuit institutio, quando Christus constituit Apostolos Episcopos, & per consequens ministros ordinarios hujus Sacramenti, ut inferius edissero; tum quia in die Pentecostes acceperunt Apostoli

H h h 2

per

Solutio Scoti non bene inspicitur Suarez.

33.

Scotus dixit institutio nem esse factam Joan. 20. quia tunc instituit ministros

per extraordinariam Dei providentiam Spiritum Sanctum ad robur, qui est specialis effectus Confirmationis.

Nota autem quod non dicat Doctor: *Pater Sacramentum Confirmationis* (id est, signa sensibilia, quibus nunc utitur Ecclesia) fuisse institutum Joan. 20. &c. sed, *Pater institutio*. Deinde isto loco non tradit exactam rationem institutionis singulorum Sacramentorum; ait enim: *Breviter ostendo hic* (omnia Sacramenta à Christo vel Deo esse instituta) *quia de singulis in locis eorum proprijs plenius apparebit.*

Hactenus pro vindicatione Doctoris Subtilis, quem Dicastillo disp. unicâ de hoc Sacramento dub. 2. n. 18. excusat dicens: Quamvis etiam non omnino firmus in hac re sit. Sed profectò nec firmus, nec infirmus, ut sic loquar; oppositam quippe rem ad oculum demonstravimus.

Procedam ergo ad secundam partem conclusionis, quæ satis colligitur ex eo, quod minister hujus Sacramenti sit Episcopus, ut inferius explicabitur: porro Ordo Episcopalis fuit institutus Joan. 20. quando Christus dixit Apostolis suis: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.... Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Ut communiter illa verba intelligunt DD. Theologi, & sacræ Scripturæ Interpretes.

Quamquam enim Apostoli ante resurrectionem in ultima cœna essent facti Sacerdotes quoad consecrandum Corpus Christi verum, tamen nullam adhuc acceperant potestatem super corpus Christi mysticum; sed illam (promissam ante resurrectionem Matth. 18. v. 18. his verbis: *Amen dico vobis quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in celo: & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in celo*) dedit eis Christus, postquam à mortuis resurrexit Joan. 20. verbis supra citatis; prout ea semper Catholica Ecclesia intellexit: per prima quidem clavem jurisdictionis; per postrema autem: *Accipite &c.* potestatem Ordinis, utique omnimodè perfectam & completam, quam sciebat & disponebat Christus necessariam ad conferendum Sacramentum Confirmationis ac Ordinationis.

Vel ergo hîc, vel non apparet ubi Christus constituerit Apostolos suos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Non est autem credibile Christum ascendisse in cœlum ante ordinationem Ecclesiasticæ Hierarchiæ, ad quam primò perierunt Episcopi, quorum proprium munus est confirmare, & ordinare.

Itaque tunc demum fuit perfectè & consummatè institutum Sacramentum Confirmationis, utpote in eo statu, in quo administrari, & recipi poterat.

Contra; simplex Sacerdos ex commissione potest confirmare: atqui Apostoli in ultima cœna erant Sacerdotes; ergo etiam ministri Confirmationis. Respondeo negando consequentiam; quippe pro tunc necdum erat institutus minister ordinarius, seu potens delegare.

Adde idcirco nunc simplici Sacerdoti posse committi hoc ministerium, non quia habet potestatem super corpus Christi verum; sed quoniam ex vi ordinationis suæ capax est potestatis super corpus Christi mysticum, quæ ordinatio seu capacitas proxima solum post resurrectionem Joan. 20. communicata fuit Apostolis.

Et sanè quis credat institutum fuisse potestatem secundariam ac delegatam ante collationem potestatis ordinariæ? Planè potestas delegata pendet ab ordinaria; & non è converso.

Sed Arguis iterum; Concil. Trident. ex illis verbis Joan. 20. *Accipite Spiritum sanctum &c.* sess. 14. c. 1. colligit tunc præcipuè Christum instituisse Sacramentum Pœnitentiæ, ibi: *Domini autem Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipuè instituit cum à mortuis excitatus, insufflavit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum sanctum &c.* Ergo similiter tunc præcipuè instituit Sacramentum Confirmationis; ergo non solum ministerium, qui est pars minis principalis, imò quid extrinsecum essentia Sacramenti, sed etiam materiam & formam, quod repugnat primæ parti conclusionis.

Respondeo negando primam consequentiam, quamvis aliqui sic loquantur apud Pontium supra cap. 4. num. 13. moti auctoritate Concil. Trident. mox citati, & hâc ratione; quia ut aliquid sit perfectè Sacramentum non sufficit institutum esse signum gratiæ conferendæ, sed debet esse data hominibus potestas per illud gratiam conferendi; aliàs non esset signum efficax gratiæ, quia numquam conferret. At quæstio est de nomine & modo loquendi, qui admitti potest, si intelligamus perfectionem aliquam extrinsecam, & consummationem ipsius potius institutionis, quam Sacramenti instituti, de qua institutione supra locuti sumus, quando diximus, demum Joan. 20. hoc Sacramentum fuisse perfectè & consummatè institutum, id est, Joan. 20. institutionem hujus Sacramenti fuisse consummatam.

Quod

34.  
Creando  
Apostolos  
Episcopos,

Joan. 20.

Quos in  
ultima cœna  
consecra-  
verat Sacer-  
dotes:

Matth. 18.

37. Quia eius materia & forma non est instituta Joan. 20. Quod ad rem attinet, nullus istorum Auctorum, qui sic loquuntur, docent tunc materiam & formam fuisse determinatam, cum nullum earum vestigium ibi appareat; uti nec etiam in Pentecoste; præsertim cum tunc Christus cælos ascendisset, non videtur autem ascendisse, nisi consummato Ecclesiæ edificio, cuius præcipuæ columnæ sunt Sacramenta. Omnes etiam admittunt personam ministri non esse partem essentialem Sacramenti, adeoque totam essentiam huius Sacramenti fuisse determinatam ante illa verba Christi.

Insuper communis sententia est, illis verbis Joan. 20. Christum non tantum determinasse ministrum Sacramenti Pœnitentiæ, sed etiam instituisse materiam, & formam, & necessitatem, quæ antea determinata non fuerant. Colligitur ex potestate data ad absolvendum, & retinendum peccata. Quid enim aliud est Sacramentum Pœnitentiæ, quam absolutio peccatorum legitime confessorum? quæ certè sine potestate intelligi nequit.

38. Porro longè diversa est ratio Sacramenti Confirmationis, quod essentialiter constituitur ex unctione Chrismatis, & certa verborum forma, quæ quidem, ut in re sint Sacramentum, & actu conferant gratiam, postulant idoneum ministrum, proinde in ministro potestatem confirmandi; verumtamen in ipsa illa potestate non determinatè includuntur, quemadmodum in potestate absolvendi à peccatis legitime confessis, determinatè intelligitur materia & forma Sacramenti Pœnitentiæ.

Cumque potestas absolvendi non legatur in Scriptura concessa Apostolis ante Resurrectionem, sed promissa dumtaxat; oprime Concil. Trident. ex verbis Christi Joan. 20. colligit tunc præcipuè hoc Sacramentum fuisse institutum. Nihil autem cogit ad idem asserendum de Sacramento Confirmationis, cuius materia essentialis, & per consequens etiam forma probabilius existimantur non solum promissa, sed etiam determinata & instituta in ultima cœna, ut in prima parte conclusionis ostendimus.

Sicuti ergo rectè dicitur, Sacerdotium essentialiter & completè intrinsicè, imò præcipuè institutum fuisse in ultima cœna, licet Joan. 20. primò Apostolis fuerit data potestas ordinandi & absolvendi, tamquam extrinsecum aliquod complementum, & perfectio accidentalis Ordinis Sacerdotalis; ita quoque meliùs dicitur Confirmatio essentialiter & completè intrinsicè, imò præcipuè fuisse instituta in nocte ultimæ

cœnæ, quamvis potestas ministerialis demùm fuerit concessa Apostolis Joan. 20.

Ex his patet responsio ad Tridentinum, Ad rationem dico non esse de necessitate Sacramenti, sive non pertinere ad eius essentiam seu intrinsicam perfectionem, ut aliquando conferat gratiam, sed satis est, si natum sit causare gratiam, dum ministratur subiecto disposito: unde non definitur, *Signum efficiens, sed, efficax gratiæ*. Patet in Sacramento Eucharistiæ, quod disp. 1. sect. 1. conclus. 2. admisimus verum esse Sacramentum, etiam dum actu nullam confert gratiam, nec umquam conferet defectu debitæ applicationis.

Sic explicatà institutione Confirmationis, transeamus ad investigandam eius materiam & formam. Cum autem, ut loquitur Scotus supra, *posset distingui de materia, sicut distinctum est de materia in Baptismo* disp. præced. sect. 1. conclus. 2. hinc pro materia remota proponitur

CONCLUSIO III.

Materia remota est Chrisma compositum ex oleo olivæ & balsamo, & sanctificatum specialiter ab Episcopo, vel ab alio, cui talis sanctificatio poterit committi.

Sunt verba Doctoris Subtilis 4. dist. 7. q. 1. n. 2. definita pro potiori parte à Concilio Florentino, in decreto unionis ibi: *Secundum Sacramentum est Confirmatio, cuius materia est Chrisma.*

Et ne relinqueretur ambigua significatio istius nominis, illic addit: *Confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo, qui odorem significat bonæ famæ, per Episcopum benedicto.*

Concil. autem Trident. supponens explicationem vocis, sess. 7. de hoc Sacramento can. 2. ait: *Si quis dixerit iniuriosus esse Spiritui sancto, eos qui sacro Confirmationis Chrismati virtutem aliquam tribuunt; anathema sit.*

Sed quoniam hæc conclusio plures habet partes easque satis difficiles, oportet singulas singillatim exponere. Ac primò quidem occurrit compositio Chrismatis ex oleo (quod interpretamur, olivæ, quia verba Conciliorum propriè intelligenda sunt, nisi aliquid obster) & balsamo sive orientali, sive occidentali; quamvis fortè  
H h 3 specie

39. Ad essentiam Sacramenti satis est, quod possit causare gratiam.

Ad essentiam Sacramenti satis est, quod possit causare gratiam.

Ad essentiam Sacramenti satis est, quod possit causare gratiam.

40.

Hæc conclusio pro potiori parte est à Florentino definita.

Trident.

41.

Chrisma dicitur compositum ex oleo olivæ & balsamo.

Igitur Sacramentum Pœnitentiæ secundum suam intrinsicam institutionem Joan. 20.

Confirmatio in ultima cœna.

specie inter se different; sicuti vina fortè specie inter se differunt, & tamen omnia sunt materia apta consecrationi. In hanc compositionem sive mixtionem consentiunt omnes Scholastici post SS. Patres, & Pontifices, quorum aliqui expressè meminerunt olei & balsami.

Inter cæteros Fabianus Papa Epist. 2. ad Episcopos orientales ibi: *Litteris vestris inter cætera insertum invenimus, quosdam regionis vestra Episcopos à vestro nostro ordine discrepare, & non per singulos annos in cæna Domini Chrisma conficere, sed duos aut tres annos consecrationem sancti Chrismati semel actam conservare. Dicunt enim, ut in memoratis apicibus invenimus, nec balsamum per singulos annos posse reperiri &c.*

Cujus compositionis meminit Fabianus Pontifex,

Et Innocent. III. c. 1. extra de sacra unctioe,

Clarius Innoc. III. c. 1. extra de sacra Unctioe ibi: *Ad exhibendum autem exteriori & visibilem unctioem, benedicatur oleum, quod dicitur Catechumenorum vel infirmorum: & conficitur Chrisma, quod ex oleo fit & balsamo, mysticà ratione &c.*

Citatur præterea Greg. 1. in c. 1. Cantic. Cyprianus, vel Auctor sermonis de unctioe Chrismati, Greg. Turonensis in lib. de gloria Martyrum c. 40. & liber antiquus, qui inscribitur Ordo Romanus.

Alij SS. Patres, ut Clemens Rom. lib. 7. constit. Apostolicarum c. 44. Dionysius lib. de Ecclesiastica Hierarchia c. 4. & plures cum ipsis, quamvis expressè non nominent balsamum, tamen asserunt materiam odoriferam; nulla autem alia, præter balsamum, unquam fuit in usu Ecclesiæ.

Aliique Sancti PP.

Itaque licet nomen *Chrismati* ex vi significationis suæ extendi possit ad quodlibet unguentum, ex usu tamen & appropriatione Ecclesiastica secernitur à simplici oleo, & accipitur pro unguento confecto seu composito ex varijs materijs, puta ex oleo & balsamo.

42. Compositio ista fit ex balsamo sive orientali sive occidentali.

Dixi autem, sive orientali, sive occidentali; quia quamvis in principio Ecclesiæ solum usi fuerint Episcopi balsamo Palæstino, Indico necdum cognito; postea tamen declararunt Pontifices balsamum Indicum licet colore ab alio differat, & fortè etiam specie, esse verum balsamum, adeoque materiam hujus Sacramenti.

Hujus rei extat vivæ vocis oraculum Pij IV.

Extat de hac re vivæ vocis oraculum Pij IV. in bullario Rodrig. fol. 404. quò ad supplicationem Fratris Ferdinandi Armellones dudum provincialis Del Peru concessit (de quo sunt litteræ testimoniales D. Cardinalis tit. S. Crucis) quòd in provincia Del Peru Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi ex balsamo Indico illarum

partium, Chrisma & oleum sacrum conficere, & consecrare possint, quia in provincia Del Peru suppetit (legendum videtur, non suppetit) sufficiens copia balsami orientalis. Ita habetur in registro Ordinis familiaria Hispaniæ fol. 18. Hæc Rodriguez.

Cæterum nulli dubium esse potest, quin saltem ex præcepto hæc mixtio sit necessaria. Si autem interrogas, an etiam sit de necessitate Sacramenti; statim oritur dissentio inter DD. Catholicos, plerisque tuentibus partem affirmativam; nonnullis propugnantibus necessitatem solius præcepti; & hi adhuc divisi sunt, aliquibus asserentibus præceptum divinum, alijs Ecclesiasticum tantum.

Quæris à me, quam sententiam judicem veriore & probabiliorem? Respondeo citò, sicuti verba Scripturæ sacræ, juxta doctrinam D. Aug. alibi commemoratam, propriè sunt intelligenda, nisi aliquid obster; ita etiam verba Conciliorum, maxime in materia fidei; alioquin si unumquodque pro libitu suo possit illa interpretari, quid certi habebimus?

Subsumo: atqui Concilium Florent. supra relatum simpliciter & absque ulla distinctione decernit materiam Confirmationis esse Chrisma confectum ex oleo & balsamo; quemadmodum pro materia Baptismi assignat aquam veram & naturalem; & pro materia Eucharistiæ panem triticeum, & vinum de vite; ergo licet aqua vera & naturalis est materia essentialis Baptismi, & panis triticeus ac vinum de vite materia essentialis Eucharistiæ; similis consequentiâ Chrisma confectum ex oleo & balsamo erit materia essentialis sive necessaria necessitate Sacramenti Confirmationis, & non solum necessitate præcepti, sive divini, sive humani.

Pro contraria opinione citatur primò Melchior Canus, cui, ut ait Valent. lib. disp. 5. q. 1. puncto 2. placuit utrumque, scilicet & oleum & balsamum, esse de substantia materiæ, sed disjunctivè, tanquam partes scilicet integrales materiæ: quemadmodum in Eucharistiæ Sacramento dicimus substantiam materiæ consistere in pane & vino; non quia nequeat illud Sacramentum constare, nisi ex utroque conjunctim, sed quia ex utroque potest, & etiam ex quolibet disjunctivè.

Sed quis credat virum, alioquin in rebus theologis apprime versatum, tam intricatam concinnâ similitudine, imò potius clarâ dissimilitudine voluisse persuadere novam & inauditam ante sua tempora doctrinam? Cautè facit Valent. quòd non experiri

Sect. 1. De Essentia Confirmat. Concl. 1. 431

Sed non ex-  
pimit lo-  
cum ubi hoc  
habeat.

locum ubi Canus id doceat, ne forte ocu-  
lus arguat eum falsa impostura.

Enimvero quæ comparatio vel simili-  
tudo Confirmationis cum Eucharistia?  
Quis umquam somniavit duplex Sacra-  
mentum Confirmationis, sicuti verè est  
duplex partiale Sacramentum Eucharistia?  
An fortè quispiam dixerit etiam esse duas  
partiales formas Confirmationis, sicuti est  
duplex partialis forma Eucharistia?

45.  
Admittit  
eam per se  
non esse in-  
telligibili,  
esse careat  
sufficiens  
auctoritate  
ex ratione.

Idcirco bene subjungit Valent. supra:  
Hæc sententia licet intelligibilis ipsa per  
se non sit: caret tamen sufficienti auctori-  
tate & probatione: quare cum sit merè  
voluntaria, non est tuta in quæstione tam  
gravi. Potuisset quidem Christus instituisse  
duplex partiale Sacramentum Confirma-  
tionis ex unctiōe balsami folius cum for-  
ma proportionata, & unctiōe folius olei  
similiter cum forma correspondente; ita  
ut alterutra sufficeret ad essentiam, licet  
non ad integritatem, prout satis probabile  
est quinque unctiōnes quinque sensuum  
esse partialia Sacramenta integrantia unum  
Sacramentum Extremæ Unctiōnis; sed  
quis Melchiori (si verè est Auctor illius  
doctrina, quod non puto) revelavit ita  
factum esse?

Satis refa-  
ratur ex per-  
petuo usu  
Ecclesiæ.

Certè perpetuus usus Ecclesiæ unice  
unctiōnis cum Chrismate ex oleo & bal-  
samo confectio, satis evidens testimonium  
est Sacramentum Confirmationis ex illa  
parte esse unicum unitate indivisibilitatis,  
& non solum moralis integritatis, veluti  
Sacramentum Eucharistia, aut extremæ  
Unctiōnis.

46.  
Cajetanus  
docuit bal-  
satum non  
esse de ne-  
cessitate Sa-  
cramenti.

Hæc ergo sententiâ explosâ, primus  
omnium Cajetanus in 4. q. 72. a. 2. do-  
cuit balsamum non esse de necessitate hujus  
Sacramenti, sed cum solius olei unctiōne  
validè ferri: quem secuti sunt Scotus,  
Victoria, Navarrus, Covarruvias, Estius,  
& pauci alij, novissimè Dicastillo de hoc  
Sacramento disp. unicâ dub. 3. n. 29. asse-  
rens mixtionem balsami esse quidem ne-  
cessariam ex præcepto Christi (in quo se-  
quitur Estius 4. d. 7. §. 8.) non tamen  
esse necessariam necessitate Sacramenti.

Quem plu-  
res alij sunt  
secuti.

Cajetanus  
magis con-  
sequenter  
solum ne-  
cessitatem  
præcepti Ec-  
clesiastici  
admittit.

Cajetanus, & quidam alij astruunt solum  
præceptum Ecclesiasticum, & meo videri  
magis consequenter. Quippè præcepta di-  
vina de materia & forma Sacramentorum,  
respicunt essentialia seu necessaria ad va-  
lorem, nisi aliquid obstat, ut patet indu-  
ctione in omnibus Sacramentis. Quare  
hoc ipso urgemus mixtionem aquæ in Sa-  
crificio non esse præceptam à Christo; quia  
aliàs esset de necessitate Sacramenti.

47. Respondet Dicastillo supra n. 40. etiam

in Sacramento Penitentia ex præcepto  
divino requiruntur tres actus penitentis  
tamquam materia, & tamen certum est  
satisfactionem non esse partem essentialem,

Eodem modo responderi posset ad prin-  
cipale nostrum fundamentum supra de-  
sumptum ex Concilio Florentino; siqui-  
dem idem Concilium pro materia Peni-  
tentia statuit tres actus penitentis contri-  
tionem, confessionem & satisfactionem,  
& nemo tamen propterea docet satisfactio-  
nem esse partem essentialem.

Dicastillo  
necessitate  
præcepti  
divini.

Sed contra; ideo signanter dixi, Nisi  
aliquid obstat. Interrogas quid hic obstat?  
Respondeo, perpetuus & universalis sen-  
sus Ecclesiæ, quæ semper & ubique docuit  
satisfactionem solum esse partem integra-  
lem, utpote quæ sæpe satis longo tempore  
sequitur Sacramentum jam positum. Prò  
quo

Qui non be-  
ne fundatur  
in eo quod  
satisfactio  
sit necessa-  
ria jure di-  
vino;

Nota bene neque Florentinum neque  
Tridentinum tres illos actus penitentis  
simpliciter nominare materiam; sed cum  
addito, Quasi. Florent. in decreto unionis,  
ibi: *Quantum Sacramentum est Penitentia, cu-  
ius quasi materia sunt actus penitentis, qui in  
tres distinguntur partes.* Trident. sess. 14.  
c. 3. ibi: *Sunt autem quasi materia huius Sa-  
cramenti ipsius penitentis actus, nempe Contri-  
tio, Confessio & Satisfactio.*

48.

Quia Flo-  
rentinum  
vocat illam  
quasi mate-  
riam, uti &  
Tridentinæ.

Ac ne libera nobis tribueretur errandi  
ocasio, volens significare non omnes esse  
partes essentielles, addit: *Qui quatenus in  
penitente ad integritatem Sacramenti, ad ple-  
nam, & perfectam peccatorum remissionem  
(etiam quoad penam temporalem) ex Dei  
institutiōe requiruntur, hæc ratione penitentia  
partes dicuntur.* Eodem modo loquitur can.  
4. ejusdem sessionis.

Quid simile dixit Florentinum de mate-  
ria Confirmationis? *Materia, inquit, est  
Chrisma confectum ex oleo & baptismo.* Quis  
autem ante Cajetanum cœpit distinguere  
inter materiam Confirmationis necessariam  
necessitate præcepti, & necessitate Sacra-  
menti?

Non sic lo-  
quitur Flo-  
rent. de ma-  
teria Con-  
firmationis.

Certè testimonio ipsius Dicastillonis n.  
35. antiqui Doctores, Scorius supra, D. Tho.  
hic quæst. 72. artic. 2. S. Bonavent. 4.  
dist. 7. n. 1. q. 2. ad 1. & alij absolutè &  
simpliciter respondent Chrisma, quod est  
materia hujus Sacramenti, componi ex oleo  
& balsamo.

49.

Nemo tamen illorum (prosequitur  
idem Auctor) ait balsamum requiri essen-  
tialiter ad hoc Sacramentum: sed cum illa  
parte, quæ requiritur ex necessitate Sacra-  
menti, incluserunt etiam illam, quæ requi-  
ritur ex necessitate præcepti divini. Quæ  
etiam

etiam ratione solent quandoque dicere Doctores, vinum aqua mixtum esse materiam Eucharistiae, non quod mixtio aquae essentialiter requiratur; sed quia ex praecipito debet vino admisceri ante consecrationem. Haec ille. Et eadem responsio adhiberi posset Concilio Florentino.

50. Sed simpliciter dicit materiam esse Christum.

Attamen gratis & sine fundamento. Interrogo siquidem, Concilium ait oleum requiri essentialiter? Ajunt hoc Doctores antiqui? An non simpliciter & absolute respondent materiam hujus Sacramenti esse Christum compositum ex oleo & balsamo? Quis ergo indicavit Cajetano, & ejus sequacibus, magis oleum requiri essentialiter, quam balsamum? An forte Ecclesia aliquando usa est solo oleo in Confirmatione, quemadmodum saepius absolvit a peccatis nulla imposita satisfactione?

Profecto Fabianus Pontifex supra hisce verbis reprehendit Episcopos, qui propter raritatem balsami assererent non fore necessesse per singulos annos Christum conficere: Errant, qui talia excogitant & mente vesana potius, quam recta sentientes, haec dicunt. Quid putaris dicturum fuisse de his, qui ausi fuissent illo tempore docere, solum oleum in necessitate valere? Nam & illi Episcopi necessitatem allegabant.

Compositum ex oleo & balsamo.

Profecto Fabianus Pontifex supra hisce verbis reprehendit Episcopos, qui propter raritatem balsami assererent non fore necessesse per singulos annos Christum conficere: Errant, qui talia excogitant & mente vesana potius, quam recta sentientes, haec dicunt. Quid putaris dicturum fuisse de his, qui ausi fuissent illo tempore docere, solum oleum in necessitate valere? Nam & illi Episcopi necessitatem allegabant.

Si mixtio balsami solum erat praecipiti Ecclesiastici, uti est mixtio aquae in Sacrificio, cur Pontifex non potius dispensasset ob raritatem praetensam, quam insinualisset tales Episcopos erroris & vesaniae? Insinulavit tamen. Cur hoc? Quia judicabat balsamum ex Christi voluntate adhibendum; atque ex lege Ecclesiastica singulis annis Christum esse renovandum.

51. De qua mixtione aliter loquitur Florent. quam de mixtione aquae in sacrificio.

Vultis autem videre quam diversimode loquatur Concilium de mixtione aquae in Sacrificio, & mixtione balsami in Confirmatione? Tertium (inquit florent. supra) est Eucharistiae Sacramentum, cuius materia panis triticeus, & vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet.

Si diceret; Materia Eucharistiae est liquor compositus ex vino & aqua; aut materia Confirmationis est oleum, cui debet admisceri balsamum, posset argumentum a simili transire; & tunc nisi aliud obstarret, vel aqua esset materia essentialis, vel balsamum non esset. Nunc autem quae similitudo istarum locutionum: Materia Confirmationis est Christum compositum ex oleo & balsamo, & Materia Eucharistiae est vinum, cui debet aqua misceri? Sanè vix ulla.

Non attingo quod Concilium Trident. sess. 22. cap. 7. expressè doceat mixtionem aquae in calice esse juris Ecclesiastici, ibi:

Monet deinde sancta Synodus, praecipuum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo miscerent.

Unde si Doctores aliquando dicunt, vinum aqua mixtum esse materiam Eucharistiae, per compendium loquuntur, supplices ex communi sensu Ecclesiae aquam non esse partem essentialem; ut apertissimis verbis docent Rubricae generales Missalis Tit. de defectibus in celebratione Missarum occurrentibus c. 4. de defectu vini n. 7. Si autem celebrans ante consecrationem calicis advertat non fuisse appositam aquam, statim ponat eam, & proferat verba consecrationis. Si id advertat post consecrationem calicis, nullo modo apponat, quia non est de necessitate Sacramenti.

Dices iterum cum Dicaillone n. 41. quando res aequaliter concurrunt ad Sacramentum quodlibet, & aequalis est traditio de illarum necessitate; dicere debemus eas omnes res esse aequaliter necessarias necessitate Sacramenti; secus verò affirmandum est quando vel traditio Ecclesiae non est omnino similis, vel res non simili modo concurrunt ad Sacramentum: in nostro autem casu, cum nulla fuerit dubitatio, quin oleum requiratur essentialiter ad Confirmationem (nisi forte cujusdam levioris momenti Auctoris) controversia verò sit an balsamum essentialiter requiratur, & ulterius pars negans inferatur ex responso Pontificis, quod refertur c. 1. extra de Sacramentis non iterandis, peculiaris ratio est ex parte olei, quae non est ex parte balsami. Haec ille.

Præterea tam parum balsami miscetur, quod credibile sit frequenter ministrari hoc Sacramentum sine ejus reali concurrentia; liquores enim (inquit idem Auctor. n. 35.) olei & balsami non ita possunt inter se secundum minutissimas partes dividi & commisceri, ut in vastissima olei quantitate modicum quid balsami ita diffundatur, ut nulla sit pars olei quae adhiberi possit ad confirmandum, in qua non sit aliquid balsami.

Responsionem exordior ab ultimo, & dico moraliter non contingere aliquem chrismari sine reali concurrentia balsami formalis, id est, secundum substantiam, seu virtualis, id est, secundum qualitates, maxime odorem, quem constat afficere omnes partes; neque enim benedicuntur integrum vas olei; sed unica dumtaxat ampulla, ut patet ex Pontificali Romano tit. de Officio in feria 5. Cænae Domini. ibi: Manè itaque sacrista, vel ille ad quem spectat, omnia quae ad oleorum benedictionem & Chris-

Sect. I. De Essentia Confirmat. Concl. 3. 433

matris confectioem necessaria sunt, parat, videlicet: tres ampullas oleo mundissimo plenas, quas in sacrario ponit, & diligenter custodit; unam ad oleum Infirmorum, aliam ad oleum Catechumenorum, tertiam, que maior sit, ad Chrisma.

Vis autem scire quantæ magnitudinis sit hæc ampulla, aut quantum olei capiat? Audi quid eodem titulo præscribat Pontificale: *Diaconus, qui oleum ad sanctum Chrisma portat, à dextris vadit.* Ecce vastissima olei quantitas, quam portat unus solus Diaconus tenens ampullam sinistro brachio circumdatam, ut ibidem dicitur. Et verò quæ necessitas benedicendi vastissimam olei quantitatem, cum singulis annis Chrisma debeat renovari?

Et quis scit an non propterea, saltem partialiter, id Ecclesia ordinaverit, ut tantò melius balsamum, quod, quia carum, in modica quantitate miscetur, posset omnibus partibus olei commiseri, saltem communicando illis suas qualitates?

Profectò ad hoc sunt solliciti Episcopi, ne exponant Sacramentum periculo nullitatis secundum communionem sententiam. Immo solliciti esse debent etiam in altera sententia, cum concurrentia balsami sit ad minus præcepti Ecclesiastici, quod utique debent curare impleri.

Unde quo casu fieret hac in re transgressio præcepti humani, vel, secundum Dicastillonem, divini, secundum nos fieret Sacramentum nullum. Et sicut modus institutionis non probat, quin sit præceptum divinum, sic non probat quin sit de necessitate Sacramenti.

54. Video instari posse; præceptum divinum non respicit nisi mixtionem, minimè autem immediatum concursum, sive secundum substantiam, sive secundum qualitates balsami; porro non est credibile, inquit Dicastillo supra n. 35. ad substantiam Sacramenti requiri quamdam materiam sensibilem & realem, quæ non in quolibet Sacramento realiter adhibeatur.

Realiter proximè, vel remotè: Respondeo cum distinctione, quæ non realiter adhibeatur proximè, vel remotè, concedo: quæ non realiter & immediatè semper concurrat, nego. Probabilissimum siquidem est quod docet D. Thom. 4. dist. 24. quæst. 1. art. 1. q. 5. ad 3. & alij multi apud Dianam parte 2. tract. 16. resol. 3. & parte 3. tract. 4. resol. 185. contactum physicum instrumentorum, adeoque & ipsa instrumenta esse materiam necessariam necessitate Sacramenti Ordinationis; nec minùs probabile, imò moraliter certum, teste ipso Dicastillone tract. 6. de Sacramento Ordinis disp. 1. dub. 14. n. 205. valere Ordina-

tionem in eo, qui tangit physicè calicem & patenam, quamvis digitis non pertingat ad hostiam vel vinum.

Cur ergo non erit credibile, Christum de facto instituisse materiam essentialem Confirmationis compositam ex oleo & balsamo, quamvis balsamum immediatè non semper tangeret confirmandum? Semper enim tangit mediatè ratione olei, cum quo constituit unum aliquod compositum sive mixtum, sicuti tangitur mediatè vinum ratione calicis, in quo continetur, similiter hostia ratione patenæ, cui superposita est.

Et dato quòd nihil simile in alijs Sacramentis reperiretur, quid tum? Etenim materia essentialis pendet à voluntate Christi, qui non instituit extra Confirmationem. & fortè Ordinem, pro materia aliquod mixtum ex diversis rebus. Hæc pro ultimo.

Venio ad primum, & interrogo Dicast. quis ante tempora Cajetani ( prætereo levioris momenti Auctorem, quem ipse vocat Canum) quis, inquam, dubitaverit magis de necessitate balsami, quàm olei? An non ipso teste n. 30. mixtio balsami observata fuit in Ecclesia à temporibus Apostolorum? Epistola Fabiani supra allegata tollit omne dubium.

Accedat nihilominùs Dionysius lib. de Eccl. Hierarchia c. 4. ubi Chrisma vocat: *Collectionem quamdam suaviter spirantium materiarum, quæ in se magnam vim & copiam fragrantium qualitatum continet, cuius qui facti sunt participes, odorem bonum ex se emittunt, proportionem fragrantie communionis, quæ in eis inest.*

Quin & hoc unicum est fundamentum (sed debile) quo Dicastillo asserit obligationem præcepti divini; nam (inquit) ut docet D. August. lib. 4. de Baptismo c. 24. Quod universa tenet Ecclesiæ, & semper retentum est, auctoritate Apostolicâ fuisse traditum rectissimè creditur.

Sed quid D. Hieron. Epist. 56. ad Marcellam? *Quadragesimam* (inquit) *secundum traditionem Apostolorum toto anno congruo tempore ieiunamus.* Num propterea quadragesima est juris divini? *Apostolica institutio* (utor verbis D. Leonis ser. 6. de Quadragesima) *quadragesima dierum ieiunij impletur.* Si Apostolica, quomodo divina? Potuit ergo & mixtio balsami à temporibus Apostolorum usurpata fuisse, non ex institutione seu præcepto Christi, sed Apostolico.

Nonne omnes libenter fatentur mixtionem aquæ in calice offerendo auctoritate Apostolicâ fuisse traditam? *Aqua, quippe ideo admiscetur* (verba sunt Florentini in decreto Unionis) *quoniam iuxta testimonia SS. Patrum, creditur ipsum Dominum in vino aquâ permixto*

111

Proximè, quando balsamum immediatè tangit confirmandum.

Remotè, quando solum ratio, ne olei.

55.

Unde ante Cajetanum nunquam est magis dubitatum de necessitate balsami quàm olei.

S. Dionys. Areop.

S. Hieron.

56.

Florent.

hoc



hoc instituisse Sacramentum. Deinde quia convenit dominica passionis representationi. Inquit enim B. Alexander, Papa 5. à B. Petro: in Sacramentorum oblationibus, quæ intra missarum solemnias Domino offeruntur panis tantum & vinum aqua permixtum, in Sacrificium offerantur.... quia utrumque, id est, sanguis & aqua ex latere Christi profuxisse legitur. Et tamen docet Dicastillo de Sacramento Eucharistie disp. 2. dub. 8. n. 117. cum communi sententia, hanc mixtionem aquæ solùm esse præceptum Ecclesiasticum, quod habuit initium à tempore Apostolorum.

Dicastillo.

Imò talis mixtio ostenditur essentialis, ex eo quòd sit iuris divini.

57.

Igitur aliunde scire nequeo mixtionem balsami esse iuris divini magis, quàm mixtionem aquæ, nisi quia illa est essentialis, hæc autem accidentalis: etenim solius Christi est determinare essentialiam, Ecclesiæ verò disponere de accidentibus.

Dices; Christus præcepit consecrationem utriusque speciei, & tamen non est de essentiali seu necessitate Sacramenti.

Respondeo; Christum eam præcepisse propter Sacrificij integritatem, sive requisivisse ad Sacramentum Eucharistie completum & integrum in ratione convivij, & quidem eatenus etiam est de necessitate Sacramenti integri, & non tantùm de necessitate præcepti, quasi in aliquo casu propter ignorantiam, vel inopiam vini aut panis, possit esse Sacramentum perfectum & completum in consecratione unius speciei.

Quod idem dici potest de consecratione utriusque speciei.

Trident.

Itò verum in unica specie consecratur Sacramentum.

Alioquin vetum Sacramentum sumi, adeoque confici in unica specie definit Trident. sess. 13. can. 3. Si quis negaverit in Venerabili Sacramento Eucharistie sub unaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri, anathema sit. Et sess. 21. can. 3. Si quis negaverit, totum & integrum Christum omnium gratiarum fontem & auctorem, sub una panis specie sumi &c. anathema sit.

Ostendat Dicastillo vel alius quispiam similem aliquam definitionem Ecclesiæ, aut saltem decretum aliquod Pontificium, vel auctoritatem antiquorum Patrum, statuentium valorem Confirmationis in solo oleo, & præcurro subscribere ejus sententiæ.

58.

Nullibi sic definitum in solo oleo confici Sacramentum.

Ostendo, inquis, decretum Innocentij III. c. 1. extra de Sacramentis non iterandis, Quod sic habet: Prætere nos consulere voluisti, an permitti debeat ministrare, qui sine impositione manuum fuerit ad Ordine Subdiaconatus assumptus. Et si Confirmationis Sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non Chrismate, sed oleo delinitus. Ad quod breviter duximus respondendum, quòd in talibus non est aliquid iterandum, sed eam rem supplendum, quòd incautè fuerat prætermisum.

Dicastillo.

In qua responsione (inquit Dicastillo su-

pra n 32.) satis significat Pontifex validum fuisse prædictum Sacramentum sine balsamo, & ideo non esse iterandum, sed esse suppleendum, quòd fuerat prætermisum, hoc est, esse exhibendum de novo balsami unctionem sine repetitione Sacramenti. Puta solius balsami, quia hoc solùm fuerat prætermisum.

Quis hoc credat? Siquidem inauditum est Ecclesiæ cum solo balsamo inunxisse. Accedit, quòd balsamum exhibendum, hæc ex præcepto, ab Episcopo foret benedicendum, secundùm doctrinam Concilij Florentini: præscribat ergo Dicastillo novam aliquam benedictionem pro solo balsamo, quia veterem in Ecclesiâ Romana non invenit. Quamvis enim aliqua orationes recitentur supra solum balsamum, at aliæ dicuntur post mixtionem cum oleo, & halatur etiam utrumque mixtum, & sine illis halatibus, & orationibus non est finita consecratio.

Si respondeas: repetatur, sive potius suppleatur unctio cum Chrismate, illa enim fuerat prætermisum. Obstat continua praxis Ecclesiæ non adhibendi materiam essentialem sine forma eam determinante. Quid igitur? Suppleatur totum Sacramentum, quia totum prætermisum fuerat; quippe oleum non est materia huius Sacramenti, aut Chrismate, sed neque verba induunt formalem rationem formæ, nisi determinent legitimam materiam.

Dices; ergo aliquid erit iterandum, & tamen ait Pontifex, Non est aliquid iterandum.

Respondeo non esse iterandum aliquid ex accidentalibus ceremonijs, sed cautè suppleendum ipsum Sacramentum: sicuti omitti deberent ceremoniæ accidentales in repetitione Baptismi invalidi, si ante fuissent adhibitæ.

Instas; ergo iterabitur ipsum Sacramentum. Respondeo negando consequentiam; siquidem, ut dicit Glossa ibidem: Non dicitur iterari, quòd prius factum non fuit.

Urget; ergo ridicula est responsio Pontificis; quæretur etenim: Si Confirmationis Sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non Chrismate, sed oleo delinitus, id est, secundùm nos, in eo, qui non suscepit Sacramentum: ad quod responderet Pontifex, non debere iterari, quia non fuit Sacramentum.

Nec erat quæstio, an posset Sacramentum hoc validè susceptum iterari (quis enim nesciat quòd non?) sed an invalidum fuerit, ut proinde actio prius adhibita debeat repeti: ad quod cum responderet, nihil esse iterandum, planè censet priorera actionem fuisse validam, & verum Sacramentum.

Respondeo negando consequentiam, etsi enim Innocentius aperit potuisset respondere, tamen

Necesse est dendum hoc fuisse Innocentium III.

59.

Etsi dicit in casu publico nihil esse iterandum.

60.

Intelligit iterandum accidentibus.

61. Necesse est esse iterandum.

Quærit aliquis potestatem tamen.

raten verè statuit, quod in praxi ser-  
vandum erat, scilicet de novo conferendum Sa-  
cramentum, quia antea non erat collatum,  
non tamen repetendas esse solemnitates ac-  
cidentales adhiberi solitas.

62. Certè magis obscure loquitur in alio-  
rum sententia Eugenius IV. in Concl. Flo-  
rentino asserens materiam Confirmationis  
esse Christina confectum ex oleo & balsamo,  
non distinguens inter materiam necessariam  
necessitate Sacramenti, & necessitate solius  
præcepti, veluti priùs fecerat in Sacramento  
Baptismi dicens: *Materia huius Sacramenti est  
aqua vera & naturalis (ecce materia essentialis)  
nec refert frigida sit, an calida: utique ad  
valorem Sacramenti; nam ex præcepto  
utendum est aqua baptismali, id est, aqua  
specialiter ad hoc ministerium benedicta, &  
in Ecclesia aservata.*

Si ergo Eugenius putasset balsamum so-  
lùm esse necessarium ad Confirmationem  
ex præcepto divino vel humano, clarissimè  
potuisset id explicare dicendo: *Materia hu-  
ius Sacramenti est oleum, cui ex præcepto admis-  
cervi debet balsamum.*

63. Et ne aliquibus fortè responsio Innoc.  
videatur omnino aliena à communi modo  
loquendi; reperio similem Leonis Papæ  
Epist. 35. c. 1. & refertur c. 112. de Consec.  
dist. 4. Hic Pontifex interrogatus à Leone  
Ravennati Episcopo, an baptizandus esset,  
cujus Baptismus penitus ignorabatur, re-  
spondet hisce verbis: *Scimus quidem inexpi-  
abile esse facinus, quoties iuxta hæreticorum dam-  
nata à sanctis Patribus instituta, cogitur aliquis  
lavacrum, quod regenerandis semel tributum est,  
bis subire &c. Sed in hoc nihil simile formida-  
tur, quoniam non potest in iterationis crimen ve-  
nire, quod omnino factum esse nescitur.*

Idem decernit Epist. 90. aliàs 92. ad Ru-  
sticum c. 16. & refertur ibidem c. 113. In  
quibus (inquit) quod non ostenditur gestum, ra-  
tio non sinit, ut videatur iteratum.

Unde hic non incongruè respon-  
dit, Non itaque incongruè Innoc. supra re-  
spondit in talibus, hoc est, in solo oleo delin-  
entis, non fieri iterationem Confirmationis,  
quia valida non præcesserat, quod credebatur  
satis debere sciri à consulentibus, cum tunc  
temporis nulla esset in Ecclesia dubitatio,  
quin Christina esset materia essentialis, satil-  
que constaret christimationem non solere, ut  
supra dixi, sine forma adhiberi.

Profectò non est verisimile Papam ve-  
tuisse ibi adhibitionem novi Sacramenti,  
cum prius saltem esset valde dubium; adeo-  
que sub conditione iterabile. Licet enim  
non sit Sacramentum necessitatis; Clemens  
tamen VIII. in brevi quadam instructione  
super aliquibus ritibus Græcorum in casu  
dubio præcipit hoc Sacramentum iteran-

dum sub hac forma: *Si es confirmatus, ego te  
non confirmo; sed si non es, ego te confirmo &c.*  
Unde cominior & sanior pars Doctorum  
non credit Pontificem ibi præjudicasse  
suar opinioni.

Neque obstat, quòd eodem modo lo-  
quatur de hoc casu, & de illo, id quo fuerat  
collatus Subdiaconatus prætermissa imposi-  
tione manuum, quæ utique solùm est ac-  
cidentalis. Non obstat, inquam, quippe In-  
nocentius studens brevitati, ut patet ex illis  
verbis: *Ad quod breviter duximus responden-  
dum, dat generale responsum applicandum  
cum proportione singulis questionibus;*  
quasi diceret: Cum utrumque Sacramen-  
tum non sit iterabile, neutrum est iterandù;  
nec censetur id fieri, si suppleatur quod  
omissum est, sive manus impositio (quæ est  
accidentalitatis Sacramento) sive unctio cum  
christimate, & forma correspondente; quia  
prior unctio cum solo oleo nulla fuerit.

Confirmatur à Pontio supra part. 2. c. 2.  
n. 16. si balsamum esset materia accidenta-  
lis huius Sacramenti secundum Innocen-  
tium, ergo eodem modo se haberet atque  
aqua respectu consecrationis Calicis. At  
aqua, quia est accidentalitatis materia, si omi-  
ssa fuerit, ut supra dictum est, non infunditur  
Calici post consecrationem: ergo similiter  
balsamum omitti omnino debet.

Sed facile quis responderet negando  
consequentiam. Nam eadem ratione inde  
sequeretur, neque manuum impositionem in  
Subdiacono esse suppleendam, cum indubiè  
sit materia accidentalitatis, & tamen contra-  
rium ibi secundum omnes decernit Pontifex.

Ratio itaque particularis, ob quam Ec-  
clesia non vult apponi aquam Calici conse-  
crato, est reverentia debita Sanguini Chri-  
sti, ne videlicet non consecratum miscetur  
consecrato præsertim cessantibus jam ratio-  
nibus, propter quas Ecclesia illam mixtio-  
nem antecedentem ordinavit.

Unde non simpliciter præcipitur mixtio  
aqua, sed mixtio aquæ vino in calice offe-  
rendo. Porro quis nesciat post consecratio-  
nem calicem jam esse oblatum, & non am-  
plius simpliciter offerendum? Quid ergo  
mirum si cesset præceptum, ubi cessat ma-  
teria præcepti?

Hæc dicta abundè sufficerent ad proba-  
tionem primæ partis conclusionis, nisi aliqui,  
inter quos Pontius supra n. 13. illam volu-  
issent confirmare argumèto desumpto ex veri-  
tate forme, quam Eugenius in decreto Unio-  
nis ait esse: *Signo te signo crucis & confirmo te  
Christimate salutis &c.* Jam autè solum oleum  
non censetur nomine *Christimate*, præsertim  
illo loco Concilij, in quo Pontifex expres-  
sè declarat, & pro materia Sacramenti statuit

64. Neque obe-  
stat ma-  
nus im-  
positio ergo  
in Subdia-  
conatu præ-  
termissa  
esse sup-  
pleendam.

65. Basil. Pont.

66. Veritatem  
conclusio-  
nis quida-  
m probant ex  
veritate  
forme.  
In qua po-  
nitur nom-  
Christina.

Uti secun-  
dum alios  
etiam ob-  
scure loqui-  
tur Eugen-  
IV. in Concl.  
Florent.

Et Leo Põ-  
tifex simili-  
ter respon-  
dit, ac In-  
nocent. III.

Unde hic  
non incon-  
gruè respon-  
dit,

Neque ve-  
tuit adhibi-  
tionem no-  
vi Sacramen-  
ti dubiè  
collati.

Clem. VIII

Chrisma confectum ex oleo & balsamo, juxta illud Greg. Magni in cap. 1. Cantico- rum: In Engaddi gignitur balsamum, quod cum oleo Pontificali benedictione Chrisma efficitur.

67. Est per il-  
lud quan-  
doque in-  
tellegatur  
simplex  
oleum.

Ut ab In-  
noc. I.

Item ab  
Auguſtino.

7. 1. 9. v.  
31.

68. Quod non  
enervat  
confirma-  
tionem  
Pontij.

Qui non  
facile osten-  
det omnia  
verba for-  
mæ esse ef-  
fectualia;

Ex quo occurritur responsioni aliquo- rum dicentium, per Chrisma quandoque intelligi simplex oleum non balsamatum. Ita Innoc. I. in Epist. ad Decentium c. 8. oleum infirmorum, cui non miscetur balsa- mum, vocat Chrisma inquit: *Quod non est dubium de fidelibus aegrotantibus accipi vel intel- ligi debere, qui sancto oleo Chrismatis perungi possunt, quo ab Episcopo confecto non solum Sa- cerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet in sua, aut suorum necessitate inungendo.*

Et infra: *Ceterum si Episcopus aut potest, aut dignum ducit, aliquem a se visitandum, & be- nedicere, & tangere Chrismate, sine cunctatione potest, cuius est ipsum Chrisma conficere.*

Eadem nominis acceptione usus fuit D. Aug. 17. de Civit. c. 10. ibi: *Cum enim Christi eius dicerentur omnes Reges ( veteris Testamenti ) mystico illo Chrismate ( id est, oleo ) consecrati.*

Et è converso, nomine Olei appellat idem S. Doctor diversis locis materiam hujus Sacramenti, sive Chrisma, sumens denomi- nationem à majori & notiori parte lib. 5. de Baptismo c. 20. ibi: *Si ergo ad hoc valet quod dictum est in Evangelio Deus peccatorem non audit, ut per peccatorem Sacramenta non cele- brentur, quomodo exaudit homicidam deprecan- tem, vel super aquam Baptismi, vel super oleum (puta Confirmationis) vel super Eucharis- tiam, vel super capita eorum, quibus manus im- ponitur? Intellige reconciliatoria per Sa- cramentum Pœnitentiæ.*

Hæc certè responsio non enervat confir- mationem Pontij, nam ut Eugenius tolle- ret ambiguitatem nominis, præmisit for- mæ suæ explicationem ly *Chrismatis*, dicens: *Confectum ex oleo & balsamo.*

Accedit, D. Aug. lib. 2. contra lit. Pe- til. c. 104. quod supra simpliciter appellave- rat oleum, ibi nominare unguentum, quod sonat compositum ex diversis materijs. Et in hoc, inquit, unguento Sacramentum Chris- matis vult interpretari.

Interrogat aliquis, unde Pontio constat omnia verba formæ à Concilio relata esse essentialia? Cur non subsisteret Sacramen- tum, si aliquis diceret: *Signo te signo crucis, & confirmo te oleo salitis &c.*? Numquid va- let forma Græcorum: *Signaculum doni Spi- ritus sancti?* Et illam: *Confirmo te, quis con- vincet invalidam?* Hic hæreo, & solutio- nem expecto à Pontio, vel alio me do- ctore, quia usque modò eam non reperi- o, & ideo non utor illo argumento

Pontij desumpto ex veritate formæ.

Aliam probationem suæ & communis opinionis petit Pontius ex Concilio Trid. sess. 7. de hoc Sacramento can. 2. ubi dicit anathema illi, qui dixerit *Inimicos esse Spi- ritus sancto eos, qui sacro Confirmationis Chris- mati virtutem aliquam tribuunt.* Ex quo sic argumentatur dictus Auctor: *Illud omne, & solum est pars essentialis Sacramenti, quod est causa gratiæ; atqui in Sacramento Con- firmationis etiam balsamum ex parte mate- riæ efficit gratiam; ergo est pars essentialis.*

Sed & hæc probatio parum efficax mihi videtur: nam in primis tempore illius defini- tionis Concilij Tridentini, non erat que- stio cum hæreticis, an solum oleum causaret gratiam, an verò utrumque simul, oleum scilicet & balsamum; sed negabant hæretici unctiorem Confirmationis, quæcumque illa esset, instar aliorum Sacramentorum causare gratiam sanctificantem ex opere operato: illud ergo, & non aliud censetur Concilium determinasse, relinquens disputa- tioni Doctorum materiam necessariam necessitate Sacramenti, & solius præcepti.

Utitur autem ly *Sacro Confirmationis Chrismati*, hoc est, Sacramento Confirma- tionis, quod vocat sacrum Chrisma, quia, saltem ex præcepto, Chrismate ut materia confertur, sive jam uterque liquor, ex quo componitur Chrisma, sit causa gratiæ, seu pars essentialis, sive non, de quo ibi non disputat, nec quidquam definit Conci- lium; utique quia parùm hoc curarent hæ- retici, qui absolute negabant illud Sacra- mentum.

Deinde multi probabiliter docent ly *A peccatis tuis*, concurrere ad effectum gratiæ in Sacramento Pœnitentiæ, si præcedat ver- bum, *Absolvo*; non concurrere, si sequatur; & tamen juxta illos Auctores tota forma absolutionis essentialiter consistit in his duobus verbis: *Absolvo te.*

Et ut maneamus in præsentī materiæ, hæc propositio est certa: *Forma Confirma- tionis: Signo te signo crucis &c. concurrat ad effectum gratiæ.* Similiter & ista: *Non omnia verba formæ ordinariæ sunt necessaria necessitate Sacramenti.* Quid ergo prohibet quò minus etiam hæc propositiones sint veræ: *Materia Confirmationis Chrisma scilicet confectum ex oleo & balsamo, concurrat ad effectum gratiæ.* Et: *Non omnes partes istius compositi sunt necessaria necessitate Sacramenti?*

Nonne & aqua admixta vino, secun- dum aliquos, immediate transit in Sanguinem, adeoque concurrat ad effectum gra- tiæ, licet non sit necessaria necessitate Sa- cramenti? Quis itaque ambigat Christum

69.

Unde etiam  
sancti pro-  
batione  
ex Trid.

Quæ parum  
efficax mihi  
videtur:

Quia Trid.  
decretum  
habet ad  
parum con-  
tra hære-  
cos nihil  
definit  
causam  
necessaria  
necessitate  
70.

Et illud  
prohibet  
quò minus  
concurrat  
ad effectum  
gratiæ, licet  
non sit ad  
effectum ne-  
cessaria

Sect. 1. De Essentia Confirmat. Concl. 3. 437

ita potuisse instituire pro materia hujus Sacramenti Christina, ut & balsamum concurreret ad effectum gratiæ, quando videlicet simul cum oleo realiter adhiberetur, & simplex oleum sufficeret, quando illo solo confirmandus inungeretur? Potuisse fieri satis video: sed factum esse non probatur.

Dices; raritas veri balsami videtur exigere talem institutionem, ne Sacramentum lapidus invalidè ministraretur. Præterquam quod probabile sit verum balsamum jam periisse, nec in orbe terrarum reperiri teste Plinio rerum naturalium indagatore excellentissimo lib. 12. c. 25. ubi sic ait, ut refert Caramuel Theol. fundamentalis (primæ editionis) fol. 645. n. 1292. Balsamum uni terra Judæa concessum pridem periisse creditur.

Quinque priora verba lego, tria posteriora non reperio apud Plinium (quo ego utor) loco citato: sed ista: *Servit nunc hæc (arbuscula) & tributa pendit cum sua gente in totum alia natura, quam nostri externiq; prodiderant.* Consideret lector an hæc sint synonyma. Attendat quoque verba præcedentia, & subsequenta.

Postquam Plinius dixisset: *Vni terra Judæa (quia India erat ipsi incognita) balsamum concessum,* subjungit: *Quondam in duobus tantum hortis utroque regio. altero ingerum 20. non amplius, altero pauciorum.* Et ut scires tempore Vespasiani balsamum extitisse, sequitur: *Ostendere arbusculam hanc urbis Imperatores Vespasiani. Clarumq; dictu à Pompeio Magno, in triumpho arbores quoque duximus.* Ut autem ostenderet arbusculam illam, è qua balsamum Palæstinum proflebat, non fuisse illius naturæ, quam alii qui putaverant, addidit verba præallegata. *Servit nunc hæc &c.*

Adhuc dubitas an Plinius crediderit balsamum periisse? Postquam descripsit naturam istius arboris per externas proprietates: *Sæviere, inquit, in eandem Judæi, sicut in vitam quoque suam. Contra defendere Romanis, & dimicatum pro frutice est. Servitq; nunc eam fiscus, nec unquam fuit numerosior aut procerior.* Quomodo igitur Plinius credidit periisse?

Propter hanc auctoritatem Plinij Caramuel supra dubitat an hodiè sit in mundo balsamum. Certè leve fundamentum dubitandi; imò firmius fundamentum asserendi hodiè in mundo balsamum esse, non solum Indicum, sed etiam Palæstinum.

Esto autem quòd Plinius assereret periisse; malo credere Pontifici Romano (intelligo Fabianum) graviter, ut supra vidi-

mus ex Epist. reprehendentè ejus Episcopos orientales, nolentes singulis annis Christina renovare, caulantes balsamum per singulos annos non posse reperiri. Profectò injusta fuisset reprehensio, si in orbe terrarum non fuisset balsamum reperibile; & absque dubio, si id verum fuisset, Episcopi nullitatem balsami allegassent, & non solum raritatem.

Omittamus itaque hanc probabilitatem, seu potius improbabilitatem; & prætereamus, ut gratis confictum, quod ibidem n. 1291. idem Auctor tamquam probabile obtrudit, dicens: *Ut nos perierit balsamum probabile illud ad nos non offerri, sed illud unguentum, quod balsamum vulgò vocatur esse confectioem aliam artificialem.* Quis credat omnes mercatores hominibus velle illudere?

Certum est, ut ipse Caramuel supra n. 1292. admittit hodiè magno quaestu balsamum ab Indijs exportari, diversæ speciei sit, an ejusdem cum Palæstino, perinde existimo, dummodo sit verum balsamum, & non adulterinam, quod quidam censent sufficere ad valorem, sed sine fundamento. Alioquin quomodo Episcopi apud Fabianum supra potuissent allegare inopiam balsami, cum adulterinum frequentissimum esse possit?

Quemadmodum ergo per aquam simpliciter positam intelligimus veram & naturalem, non adulterinam, per vinum, verum vinum, cujuscumque demùm sit speciei; similiter per oleum, oleum olivarum, idque quia verba propriè intelligenda sunt, nisi aliquid obstat, ita quoque per balsamum, oportet intelligere verum balsamum (cujuscumque demùm sit speciei) non adulterinum.

Hinc falsò citatur Paulus III. & Pius V. dispensasse cum quodam Episcopo, ut posset uti balsamo incerto sive adulterino; sed declararunt tantummodo ex balsamo Indico, utpote vero balsamo, posse Christina confici.

Balsamum posse adulterari non diffiteor (sed & aqua, & vinum possunt) sic tamen ut verum balsamum à falso humana diligentia queat discerni. Quòd si aliquando contingat falsum pro vero misceri, dico Sacramentum Confirmationis non magis valere, quàm valeat Baptismus in aqua adulterina, aut Eucharistia in ficto vino.

Sicuti autem validè consecratur vinum, cui aliæ substantiæ admixtæ sunt, quæ non corrumpunt substantiam vini; ita etiam valida erit Confirmatio in balsamo mixto alijs liquoribus non immutantibus ejus substantiam.

no Pontifici  
oppositum  
asserenti.

73.  
Et mercato-  
ribus illud  
hodie ex In-  
dijs ex-  
portanti-  
bus.

Non adul-  
terinum, sed  
verum.

Neque dif-  
peniatum  
ut ex adul-  
terino  
Christina  
consecra-  
tur à Paulo  
III. aut Pio  
V.

74.

Si autem  
aliq; substan-  
tiæ admisce-  
rentur re-  
sistantes  
equidè sub-

71.  
An verum  
balsamum  
periitit.  
Caramuel.

Periisse Plin-  
ius non  
credidit.

72.

Esto credi-  
differ, magis  
credendum  
foret Fabia-

Sanctis balsami valeret sacramentum,

substantiam. Imò juxta Pontium supra parte 1. c. 1. n. ultimo apud Græcos alia aromata cum balsamo sine crimine miscentur, dummodo verè remaneat ejus substantia: Latinis verò propter consuetudinem contrariam sine gravi peccato id non licet.

Cæterùm quod attinet ad raritatem veri balsami, clarum est hæcenus in Ecclesia Dei illud numquam defuisse, quandoquidem modicum quid sufficiat, adeoque non est communiter periculum invalidæ administrationis hujus Sacramenti.

75.

Huc usque de prima parte conclusionis, quam finio declarando similitudinem Chrismatis cum effectu Confirmationis, verbis Doctoris Subtilis supra n. 8. *Materia autem remota, scilicet Chrisma, habet similitudinem cum effectu huius Sacramenti; oleum enim nitorem habet, & supereminet cæteris liquidis, & est materia proxima incendi. Per primum significat castitatem & munditiam: per alia duo significat charitatem. Et balsamum quod habet bonum odorem significat bonam famam, iuxta illud 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus Deo. Balsamo etiam corpora mortuorum conduntur ne putrescant, ideo significat incorruptionem. Per illam ergo materiam, scilicet Chrisma confectum ex oleo & balsamo significatur, quòd confirmatus debet habere munditiam & charitatem & bonam famam: quia sine istis non est multum authentica confirmatio fidei Christiane.*

Congruit in hoc Sacramento miscere balsamum cum oleo.

Scotus.

Sequitur secunda pars conclusionis, quam ad vitandam nimiam prolixitatem, & exinde obscuritatem rursùm subijcio, & explico sequenti conclusione.

#### CONCLUSIO IV.

Ad valorem chrismatis necessaria est benedictio Episcopi, vel alterius cui illa benedictio committi poterit.

76. Benedictionem Chrismatis agnoscunt Catholici,

Benedictionem Chrismatis agnoscunt Catholici, Irrident hæretici, & tanquam canes mortui maledicunt Domino nostro, id est, Christo, qui eam instituit, & Matri nostræ Ecclesiæ Catholicæ, quæ illâ utitur. Calvinus lib. 4. instit. c. 19. §. 8. vocat Chrisma, oleum diaboli mendacio pollutum. Kemnitius Chrisma excantatum & benedictionem superstitiosam & magicam; illudque summopere explodunt, quòd Ecclesia post Chrismatis benedictionem dicat: *Ave sanctum oleum. Locutio quippe ad res animatas, & rationales*

Irrident hæretici,

dirigitur; Chrisma autem est quoddam inanime.

Sed quid dixit Abifai filius Serviz audiens maledictionem pessimam, quæ Seimei 2. Reg. 16. maledicebat Davidi profugo à facie Absolonis? *Quare, inquit, maledicit canis hic mortuus Domino meo Regi? Vadam & amputabo caput eius. Quæris ò hæretice allocutionem, salutationem & benedictionem rerum inanimatarum & irrationalium, lege Canticum trium puerorum apud Daniele c. 3. à versu 57. & deinceps: Benedicite omnia opera Domini Domino & c. Psalmum quoque Davidicum 148. qui incipit: Laudate Dominum de celis. Perolve vitam S. Andrea, & scriptum reperies: Salve crux diu desiderata.*

Inspice Deuteronomium c. 28. v. 5. dicit tibi: *Benedicta horrea tua (si audieris, ut dicitur v. 1. vocem Domini Deitui, ut facias atque custodias omnia mandata eius) & benedicta reliquia tue. Perfrutare lib. Sap. c. 14. v. 7. Benedictum, inquit, est signum, per quod fit iustitia.*

An putas Ecclesiam salutare Chrisma physice substantialiter absolute, quasi illud compositum ex oleo & balsamo secundum se sine respectu ad aliud, sit dignum honore & submissione? Erras toto celo. Quid ergo? *Ave* dicit Ecclesia Chrismati benedicto relative moraliter, prout est Symbolum gratiæ in Sacra Scriptura, denotaque vel gratiam nobis conferendam, vel ipsum Christum. Unxit enim Deus Christum oleo lætitiæ, & Christi nomen à chrismate derivatur. Sic laudamus imagines Christi ac Sanctorum, easque colimus non substantiam, colores aut artem, sed propter respectum, quem habent ad prototypum seu exemplar, in quod omnis illa laus, cultus & honor redundat.

Amputavimus caput hæreseos, substituumus caput Catholicæ veritatis. Ecquod illud? Traditio Ecclesiæ à temporibus Apostolorum, ad hoc nostrum usque seculum derivata per diversos Pontifices, Concilia ac SS. Patres. In Cathalogo Pontificum non infimas tenet Fabianus Episcopus. 2. supra citatâ, in qua etiam præcipit singulis annis novum Chrisma consecrari; valet tamen vetus, ut bene notat Pontius supra c. 2. n. 23. Quippe nulla fit mentio hujus renovationis in Concilio Florentino, & aliâs res ipsa satis ostendit valde extrinsecum esse, quòd Chrisma sit illius anni.

Confirmatur ex materia Extreme Unionis, quæ etiam quot annis renovanda est, sic tamen ut veteri uti possit, qui novum nondum

nondum accipere potuit.

77. Fabiani partes suscipit Innocentius III. c. unico de sacra Unctione ibi: Ad exhibendum autem exteriorem & visibilem unctionem benedicitur oleum, quod dicitur Catechumenorum, vel infirmorum, & consecratur (id est, consecratur) Chrismata, quod ex oleo fit & balsamo mystica ratione.

Hujus benedictionis meminit Florentina. Inter Concilia nullum clarius Florentino, ibi: Secundum Sacramentum est Confirmatio, cuius materia est Chrismata consecrum ex oleo .... & balsamo .... per Episcopum benedicta.

78. Et obvia sunt aliorum PP. testimonia. apud Bellar. & Pont. 6. ubi dicitur. Testimonia SS. Patrum obvia sunt; ut frustra videatur illa particulatim recensere. Videantur Bellar. de hoc Sacramento lib. 2. c. 8. & Pontius parte 2. c. 3. Quamquam aliqua explicari possint; & debeant de ipso Sacramento: prout est illud D. Aug. lib. 5. de Baptismo c. 19. in fine: Quomodo, inquit, aquam mundat, & sanctificat homicida? Quomodo benedicitur oleum tenebra? Si autem adest Deus, adest Sacramentis & verbis suis per qualeslibet admittuntur; & Sacramenta Dei ubique recta sunt, & mali homines, quibus nihil profunt, ubique perversi sunt.

Similiter intelligendum puto quod ait c. 20. eodem libro: Cur autem ad verbas, que procedunt ex ore homicidæ, postea tamen Deus oleum sanctificare, & in altari, quod heretici posuerunt, non possit, nescio, nisi forte cor hominis, quem fallaciter conversum intus non impedit, lignum fallaciter positum impedit foris, quod minus Sacramentis suis adest dignetur, nullis hominum fallacitibus impeditur.

79. Prosequitur: Si ergo ad hoc valet quod dictum est in Evangelio: Deus peccatorem non audit ut per peccatorem Sacramenta non celebrentur, quomodo exaudit homicidam deprecantem, vel super aquam Baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super capitulum eorum, quibus manus (reconciliatoria) imponitur? Qua omnia tamen & sunt, & valent etiam per homicidas. Hactenus Aug.

Interim tamen; quia infinitis propemodum locis SS. Patres vocant oleum sanctificatum, Chrismata sacratum; sacrosanctum, sacratissimum, sacrum; benedictum &c. accedente præsertim perpetuo & universali Ecclesie usui, nemini dubium esse debet, aut potest quis præter ipsam consecrationem Sacramenti, alia benedictio seu consecratio Chrismatis sit necessaria, saltem ex præcepto.

Nam quod attinet ad valorem Sacramenti, adducit Paludanus in 4. dist. 7. q. ultimâ in solutione ad primum, contra communem opinionem, ubi habet hæc verba: Ad cuius evidentiam est sciendum,

quod fortè ex dispensatione Papæ ex Chrismate non consecrato, & de oleo non benedicto possent sani confirmari; & morientes ungi: & esset eadem materia; quia consecratio illa nihil reale addit, sed puram relationem rationis dicit.

Unde Christus materiam instituit, sed sanctificationem Ecclesie commisit. Unde Papa qui est supra totam Ecclesiam non potest quidem materiam mutare, sed ejus consecrationem potest mutare, vel omittere; quia sic Christus instituit; quod oleum vel Chrismata sit materia, eodem modo quo fuerit per Ecclesiam determinatum. Unde fortè non idem modus est consecrandi apud omnes. Et quia consecratio illa non est Sacramentum, sed aliquid Sacramentale, ideo videtur esse in dispositione Ecclesie.

Sicut autem nullum est Matrimonium inter personas, quas Ecclesia reddit illegitimas; sic non esset Confirmatio nec Unctio, si fieret de materia consecrata extra Ecclesiam præparata. Hæc Paludanus. Quam sententiam transcripsit Capreolus in 4. dist. 7. q. 2. in solut. ad 1. & probabiliter iudicat Estius in 4. eadem dist. §. 9. in fine.

Profecto haud clare video, ex quo alio capite contrariam efficaciter possit convinci, præter communem sensum Ecclesie, qua in Concilio Florentino, sicut requirit oleum & balsamum, sic simpliciter & æqualiter requirit, ut sit per Episcopum benedictum. Ergo si oleum & balsamum sunt materia necessaria necessitate Sacramenti, quidam etiam benedictio Episcopalis?

Pateor aliter Christum potuisse instituire; sed instituisse nullum apparet vestigium Pontificibus, Conciliis ac SS. Patribus unanimiter postulantiibus benedictionem, & inter essentialia Confirmationis eam recensentibus. Cum autem tota hæc res pendeat à voluntate Christi, quam nostris rationibus non possumus metiri, optime ea colligitur ex universali sensu Ecclesie, quæ est, teste Apost. 1. ad Timot. 3. v. 15. Columna & firmamentum veritatis.

Enimverò si Ecclesia utriquam putasset se habere potestatem dispensandi (ut vult Paludanus supra) in benedictione Chrismatis, mirum si nunquam dispensasset. Quia Greg. XIII. quando concessit facultatem simplici Sacerdoti confirmandi in India, sollicitè curavit, ut uteretur Chrismate ab Episcopo benedicto.

Et quàm facile potuisset Florent discernere materiam essentialiam ab accidentali dicendo: Communiter ab Episcopo benedictum, vel: Cui debet accedere benedictio Episcopalis.

De necessitate Sacramenti dubitat Paludanus,

Cujus sententiam probabiliter iudicat Estius,

Oppositum equidem clare convincitur ex sensu Ecclesie,

Et que Christi voluntas dignoscenda est,

Et que hanc dispensandi potestatem non agnovit,

Episcopi? Sicuti loquitur de aqua, quæ ex solo præcepto miseri debet vino consecrando, dicens: *Materia Eucharistia est panis triticus, & vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet.* Et sicuti de ministro Confirmationis dicit: *Ordinarius minister est Episcopus.* Ac de verbis matrimonialibus: *Causa efficiens Matrimonij regulariter est mutuus consensus per verba de presenti expressus.*

Cùm ergo Florentinum simpliciter pronuntiet materiam Confirmationis esse Chrisma ex oleo & balsamo confectum per Episcopum benedictum, nec ullibi Ecclesia agnoscat in se potestatem dispensandi magis in benedictione, quàm in oleo, aut balsamo; neque ullo tempore, aut loco legatur administrasse hoc Sacramentum aut sine oleo, aut sine balsamo, vel in Chrismate non benedicto, nulla est ratio asserendi magis Chrisma esse partem essentialem, quàm benedictionem.

Non magis quàm dispensandi in oleo & balsamo.

82. Si dixeris cum Estio supra; non leve sumitur argumentum pro contraria opinione ex Innoc. III. c. 1. de Sacramentis non iterandis, ubi ratum habet hoc Sacramentum factum unctione solius olei, quod non est verisimile benedictum fuisse, saltem eà benedictione, quæ Chrismati adhibetur, cùm sint diversæ, & ad diversa ordinate benedictiones olei simplicis & Chrismatis.

Neque ratificatio Sacramenti facti unctione solius olei aliquid probat.

Ad hoc, inquam, argumentum Conclusionem præcedenti abundè responsum fuit, Pontificem haudquaquam ratam habuisse in illo casu Confirmationem, sed potiùs irritam judicasse, & ideo denuo conferendam.

Unde enim constat illud oleum non fuisse benedictum.

Atque ut ratam habuisset, unde constat illud oleum non fuisse benedictum? Potuit namque benedici eà benedictione, quæ solum oleum benedicuntur in Pontificali Romano post benedictionem balsami. Quod autem taceatur benedictio in eo capite, non præbet firmum fundamentum eam negandi, utpote argumentum desumptum ex auctoritate negativa.

Porro quòd illa benedictio sit diversa, quid refert? Quippe secundùm communem sententiam forma benedicendi relicta est determinationi Ecclesie, ita ut Christus, licet instituerit oleum seu Chrisma consecrari per Spiritus sancti invocationem; non tamen illius invocationis determinata verba præscripserit.

Est benedictione diversa?

83. Si rursùm opponas verba D. Aug. tract. 118. in Joannem circa finem ibi: *Postremò quid est quòd omnes noverunt signum Christi, nisi crux Christi? Quòd signum nisi adhibeatur,*

sive frontibus credentium, sive ipsi aque, ex qua regenerantur, sive oleo, quo chrismate unguuntur, sive sacrificio, quo aluntur, nihil eorum rite perficitur. Ubi benedictionem olei æquiparat benedictioni aquæ baptismalis, quam constat esse accidentalem.

Respondeo; omnes Patres, & Concilia semper diversimodè loqui de benedictione aquæ, & benedictione Chrismatis, Non adfero nisi ipsum Concil. Florentinum, quod enumerans essentialia Baptismi, ne verbo attingit benedictionem aquæ. Similiter Concil. Tridentinum, quod tamen sess. 7. de Sacramento Confirmationis appellat Chrisma sacrum can. 2. ibi: *Qui sacro Confirmationis Chrismati virtutem aliquam tribuunt.*

Quid ergo ad Aug.? Dico cum Pontico supra parte 2. c. 3. n. 14. Ly. Ricè, explicandum esse de necessitate præcepti, non excludendo tamen necessitatem Sacramenti; quippe quod requiritur ad valorem, etiam est necessarium ex præcepto, licet non è contra. Aut certè sumendum generaliter; ut accommodatè ad naturam Sacramentorum (de quibus ibi non disputat Aug. sed solum enumerat) vel ritum de notet essentialem, vel accidentalem.

Cæterò quoniam ex eodem testimonio probaretur ritum unguendi in forma crucis non esse essentialem contra communem sententiam Scholasticorum; ut dicitur Conclusionem sequenti. Patet, quia etiam de eà unctione loquitur, sicut de alijs.

Dices Tertio cum Estio supra; idcirco Patres studiosius urgent necessitatem benedictionis Chrismatis, quàm aquæ, tum quòd illa ex divina institutione descendit, non ista; tum ne videantur arctare viam salutis, si necessitatem benedictionis aquæ vehementius urgerent, quamvis & illa sit in præcepto.

Sed contra Primò; si benedictio Chrismatis præcipitur à Deo, interrogo ubi deinde infero: ergo requiritur ad valorem, ut præcedenti Conclusionem argumentati sumus, contra Dicastillonem & præcitantum Auctorem, pro essentiali mixtione balsami. Vide ibi dicta.

Contra Secundò; quia minor necessitas Confirmationis quàm Baptismi, rectè ita Christus instituit, ut potiùs benedictio Chrismatis sit essentialis, quàm benedictio aquæ; sicuti quamvis in Baptismo, ob summam ejus necessitatem, quicumque sit sufficiens minister, Confirmationis tamen solus Episcopus, de quo sectione sequenti.

Venio ad Paludanum, qui non omnino asserit sic esse, sed loquitur dubitativè, ut





Quamvis  
& satis ma-  
gna sit inter  
unum &  
aliud Sacra-  
mentum  
disparitas

teria Ordinationis, ut mox dixi, sit signum aliquod reale ex instituto, designans potestatem, quæ per Sacramentum confertur. Et quamvis Christus potuisset tale signum determinare seu instituire, voluit tamen hoc relinquere arbitrio hominum, ad quos de per se spectat hujusmodi signorum ordinatio.

At verò materia Confirmationis est duplex substantia, oleum scilicet & balsamum, quorum significatio est naturalis. Huic autem duplici substantiæ superaddit Christus benedictionem, sive signum benedictionis; permittens nihilominus Ecclesiæ ejus determinationem in particulari; in quo est aliqua paritas inter materiam hujus Sacramenti, & materiam Sacramenti Ordinationis.

Non tamen  
sine aliqua  
paritate.

90.  
Cur Chri-  
stus requi-  
sit conferre  
Confirmationem,  
Scotus.

Sed quorsum, inquires, requisivit Christus illam consecrationem? Respondeo penes ipsum est. Quis Consiliarius ejus fuit? Scotus supra ad 2. objectionem, scilicet: Quia nec in Baptismo necessaria est aqua consecrata: Respondet n. 3. in fine: Ad secundam dicendum, quod Christus contactu sue carnis mundissimæ omnem aquam consecravit in usum Baptismi, non sic autem materiam illam Confirmationis: & ideo requiritur hic specialis sanctificatio. Quod etiam est rationabile magis hic, quam ibi; quia Baptismus est Sacramentum necessitatis, & ideo potest à quocumque ministro conferri, & rationabile est quod in aqua non consecrata: alioquin materia conveniens non posset esse communis, & impediretur salus multorum.

Illamque  
Episcopi,  
ratio à prio-  
ri est ejus  
voluntas,

Interrogas iterum, esto requiratur benedictio, cur non sufficit benedictio simplicis Sacerdotis? Respondeo iterum; pro ratione à priori stat voluntas Christi, quam satis clarè expressit Concil. Florentinum dicens: Ab Episcopo benedictio.

91.  
Manifesta  
omnium  
consensu,

Atque hæc est ultima pars conclusionis, communis omnium Scholasticorum (Cajetano excepto) si intelligatur de ministro ordinario, ita ut si à Presbytero benedicatur Chrisma sine speciali commissione, non valeat Confirmatio cum tali Chrismate collata. Solus Cajetanus ad q. 72. art. 3. oppositum putat rationi magis consentaneum, idque quia Sacerdos simplex potest efficere maximam consecrationem, scilicet Eucharistiæ; ergo & quamcumque minorem, ita ut facta teneat, quamvis peccet faciendo.

Innixa de-  
bilitatis  
fundamen-  
to,

Debile profectò fundamentum & minus altum ad superedificandam singularem opinionem: quippe in causis ac virtutibus limitatis, prout est potestas consecrandi, nullum argumentum sumitur à majori ef-

fectu ad minorem, quando unus alterum non includit, neque ei subordinatur. Quæ autem inclusio aut subordinatio benedictionis Chrismatis ad consecrationem Eucharistiæ? Hercule nulla, cum sint res omnino diversæ ac disparatæ, à quibus non valet consequentia; siquidem non sequitur: Homo potest producere hominem, qui perfectior est; ergo etiam muscam: Ignis potest generare ignem; ergo etiam aërem, licet minus perfectus sit.

Alioquin eodem argumento probare potuisset Cajetanus Presbyterum valide confirmare & ordinare, consecrare templam, altaria, calices & similia (quia hæc omnia minora sunt, quam Consecrare Eucharistiæ, secundum illos, qui, ut diximus disp. 1. sect. 4. conclus. 3. præferunt Eucharistiæ cæteris Sacramentis) quæ tamen sine dubio falsa sunt; idque quia postulant propriam & specialem potestatem distinctam à potestate consecrandi Eucharistiæ, quæ limitata est ad suos actus.

Sic ergo est in præsentia. Nam etiam consecratio seu consecratio Chrismatis est specialis actus à Christo institutus, requirens specialem potestatem; hæc autem ut ex traditione antiqua colligitur, debet Christus solis Episcopis: Sed neque Ecclesiæ concessit simplicibus Sacerdotibus, utpote quæ à sui exordio ubique usum illius potestatis ipsis interdixit, ut in progressu patebit. A quo ergo habuerunt?

Hæc itaque sententiâ relicta tamquam minus tutâ, ne dicam temerariâ, quia sine fundamento contra torrentem DD. Superest videndum, an simplex Sacerdos sicut est minister extraordinarius ipsius Sacramenti, ita etiam esse possit minister extraordinarius benedictionis Chrismatis.

Dubitare videtur Scotus supra num. 2. ibi: Sanctificatum (Chrisma) specialiter ab Episcopo, vel alio, cui talis sanctificatio poterit committi. Quasi diceret, Vel alio, si non poterit committi, hoc est, ex hypothese quod possit committi. An autem possit, ibi Doctor non disputat.

Expressius pro sententiâ affirmante loquitur in Report. eadem dist. & quest. n. 1. ibi: Et debet Chrisma compositum esse ex oleo olivæ & balsamo, sanctificatum sanctificatione Episcopali communitè, id est, ordinariè: ergo extraordinariè sufficit sanctificatio Presbyteralis.

Ac pro hac sententiâ, licet minus communi, probabili tamen, citat Pontius supra parte 2. c. 4. num. 2. Cajetanum, Valentianum, Hugolium, Irribarrem & Petigiam.

Petigianum. Et hi duo, inquit, postremi potissimum inducti videntur in hanc sententiam, quia sibi persuaserunt illam etiam docuisse Scotum.

94. Persuaserunt omnino, & non absque fundamento; quia verba sunt clarissima, si non absoluta & assertiva, saltem dubitativa. Nam quod Suarez disp. 33. sect. 2. §. Tertia sententia est, & ipsum secutus Pontius supra n. 3. dicunt; Scotum ibi nihil de consecratione Chrismatis, sed solum de Sacramenti Confirmationis ministerio disputare, nemo non videt esse falsum, cui non fuerint oculi excecati contraria opinione.

Suarez hic errat in interpretanda mente Scoti. Philippus Faber.

Nec miror Suarium ut alibi, ita etiam hic errasse in interpretanda mente Scoti; sed summopere miratus fui Philippum Fabrum, alioquin profitemem Scoti doctrinam, in 4. dist. 7. disp. 27. q. 2. n. 18. Suarii interpretationem exscripsisse. Si hoc est doctrinam Scoti magna facilitate dilucidare, & contra Adversarios omnes veteres & recentiores defendere (quod elogium scriptis illius Auctoris tribuitur in titulo libri) nescio quid sit obscurare, & corrumpere.

Certum igitur apud omnes esse debet, Scotum favere sententiae, affirmanti ex commissione Papae simplicem Sacerdotem posse Chrisma benedicere; quae etiam eo ipso tuta est: extat quippe grave illud testimonium doctrinae Scoti; quod ejus libri absque ullo erroris novo usque in hanc diem in Oecumenicis Conciliis inviolati permanferint. Neque haec opinio suis delituitur fundamentis.

Sententia Scoti tuta est.

95. Praecipuum existimo, quod desumitur ex Florentino supra de hoc Sacramento ibi: *Ordinarius minister (ipsius Sacramenti) est Episcopus.* Ex quo colligunt Doctores, ut infra videbimus, extraordinarium ministrum Sacramenti posse esse simplicem Sacerdotem. Quidni etiam benedictionis, quae minor est in eodem ordine, & Sacramento subordinata? Etenim illius potentiae apparet disponere materiam, cujus est inducere proximè formam.

Sed contra Primò; ministerium Eucharistiae committitur Diacono, non tamen consecratio.

96. Respondeo; quia ministerium minus est, quam consecratio; hae autem administratio sive consecratio Sacramenti major est, quam benedictio, sive praeparatio materiae.

Contra Secundò; quare igitur Florentinum similiter non dixisset, materiam esse Chrisma benedictum ab Episcopo ordinariè.

Respondeo; quia supposuit eundem esse

ministrum benedictionis & Sacramenti; adeoque putavit sufficere ultimo loco & principaliori distinguere.

Contra Tertio; non legitur Pontificem aliquando commisisse potestatem conficiendi Chrisma ac benedicendi simplici Sacerdoti, bene potestatem administrandi Sacramentum, ea tamen lege, quod uteretur Chrismate per Episcopum benedicto, ut expressis verbis significat Florent. supra dicens: *Legitur tamen aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem ex rationabili & urgente admodum causa simplicem Sacerdotem Chrismate per Episcopum consecrato hoc administrasse Confirmationis Sacramentum.* Ergo non est eadem ratio de consecratione Chrismatis, & ministratura Confirmationis.

Obicitur

Et quamvis esset, equidem in ijs, quae pendunt ab institutione, non queritur rationis paritas, sed voluntas instituentis per Scripturam, aut Ecclesiam. Potrà Ecclesia semper & ubique docet, & docuit consecrationem Chrismatis soli Episcopo esse propriam, Sacramentum autem ipsum aliquando commisit simplici Sacerdoti.

Atque haec sit potissima ratio contrariae sententiae, quae uti communior, ita apparet probabilior saltem ex auctoritate; adeoque in praxi magis tuta. Num propterea sequenda?

Dico, si de facto alicui simplici Sacerdoti Pontifex committeret hujusmodi consecrationem, quamvis probabilis sit commissio non valere; attamen sine peccato, propter probabilitatem contrariae sententiae, sicuti Pontifex ex justa causa committeret, ita Sacerdos commissionem posset exequi, & exequeretur.

96. Ex quibus objectionibus colligitur major securitas & probabilitas partis negativae.

Quo non obitante posset Pontifex licet committere, & Sacerdos commissionem exequi.

Nec obstat periculum invaliditatis, quia minister Sacramenti non semper tenetur sequi partem tutiorem de valore Sacramenti, praesertim quando non est Sacramentum necessarium, & non obstat praecipuum Ecclesiae. Jam autem Confirmatio per se non obligat, ut patebit Sect. sequenti: & aliunde Pontifex est supra leges Ecclesiae; licet etiam nulla sit lex, quae prohibeat Sacerdoti consecrare Chrisma ex commissione Papae.

97. Querit aliquis à me, cur ergo Pontifex numquam talem potestatem delegaverit? Respondeo, quia numquam judicavit subesse justam causam delegandi; cum facile possit Chrisma ab Episcopo benedictum ubique deferri; non ita facile Episcopi ubique possunt esse praesentes ad confirmandum.

97.

Numquam commisit defectu justae causae.

Quòd si contingeret casus in longinqua aliqua regione, quae primùm ad fidem convertitur, nec Episcopum posse esse praesentem,

nec Chrisma ad eam deferri ab Episcopo benedictum; non video quare Pontifex secundum probabilem sententiam, præsertim tempore persecutionis, quando hoc Sacramentum est maximè necessarium ad fortiter fidem profitendam, quare, inquam, non possit Sacerdoti ibidem commoranti delegare potestatem, & consecrandi Chrisma, & eodem Chrismate confirmandi. Valeat quantum valere potest, saltem non oberit, & aliunde tam committens, quam exequens propter probabilitatem sententiæ, excusantur à peccato irreverentiæ, licet Sacramentum exponatur periculo nullitatis.

Simili modo quidam argumentantur, & conantur probare Papam non posse dispensare in Matrimonio rato; quia, inquiunt, nunquam dispensavit: ergo non potest.

Sed gratis admissio antecedente, nego consequentiam. Quippe nunquam iudicavit Pontifex adesse sufficientem causam dispensandi, sine qua, etsi fortè validè, ut quidam volunt, saltem non potest licitè dispensare. Allegetur justa causa, & videbimus quid Pontifex sit factururus. Cæteroque ex negatione actus de per se malè infertur negatio potestatis.

Solet etiam pro sententia, quæ apparet esse Scoti, à quibusdam citari Concil. Toletanum I. c. 20. ubi sic ait: *Quamvis penè ubique custodiatur, ut absque Episcopo Chrisma nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis vel provinciis Presbyteri dicuntur Chrisma consecrare: Placuit, ex hac die nullum alium, nisi Episcopum, Chrisma consecrare.* Ergo est solius præcepti quippe neque reprehendit factum neque declarat invalidum.

Respondent aliqui Concilium loqui de Chrismate baptismali; siquidem immediatè sequitur: *Et per diocesim destinare, ita ut de singulis Ecclesijs ad Episcopum ante diem Paschæ Diaconi destinentur, aut Subdiaconi, ut consecratum Chrisma ab Episcopo destinatum, ad diem Paschæ possit occurrere.* Utrique in ordine ad baptismalem unctionem (nam Confirmationem singulæ Ecclesiæ jure ordinario non ministrant) quam primus instituit Sylvester, teste Damaso & alijs; & ad quam Presbyteri Palentini in Hispania consecrabant Chrisma, eò quòd carerent proprio Episcopo.

Insuper Presbyteros territorij prænominati non solum illicitè, sed etiam invalidè consecrassè ejusmodi Chrisma (esto solum fuisset ceremoniale) videtur Pontio supra parte 2. c. 4. n. 5. satis clarè significare in quadam sua epistola ad Fratres territorij Palentini Montanus Archiepiscopus Toletanus, qui Concilio Toletano II. præfuit,

ibi: *Nova namque præsumptio præsentium verbis Presbyterorum (loquitur de Presbyteris Palentinis) nostrorum pulsavit auditus; si tamen nova tantum, & non deestabilis dici possit, quæ ab initio fidei Catholica nunquam, præter nunc, subrepsisse probatur, ut id quod per manus summi Pontificis trina divinitatis invocatio consecrare consuevit, Presbyter ignarus disciplina conficere sibi Chrisma præsumeret. Hoc si ignavia est, tam demens Sacerdos esse non debuit; si præsumptionis est, hunc schismaticum esse quis nesciat, qui mauditam rem, & religioni contrariam, senescente iam mundo, talis temerario iudicatur?*

Et infra. *An forsitan Sanctorum Patrum regulas & constitutiones Synodicas ignoratis, quibus præcipiuntur Parochenses Presbyteri, non per viliores personas, sed aut per semetipsos, aut per rectores sacratiorum, annuis vicibus Chrisma à præfidente sibi Episcopo petant? Credo quòd qui petere iusserunt, potestatem consecrandi penitus abstulerunt.*

Et in alia Epistola ad Theoribium Asturicensem & Palentinum Episcopum hæc habet: *Quidam Presbyteri ausu temerario, res sacras non tam consecrare, quam violenter præsumunt, & cunctis ab initio fidei Catholica seculis institutum summi sui ordinis hominibus, nisi tantum Pontificibus, debitum ius consecrationis Chrismatis, nescio, quo typo an demeritè dicam, indubitanter assumunt. Quod quam sacrilegum sit, pissimam conscientiam tuam latere non credo.*

Illicitam benedictionem in his verbis agnosco, invalidam haud clarè video: nam qui prohibet consecrare, potestatem licitè consecrandi penitus aufert. Et qui sacrilegè consecrat, licet validè, non tam consecrare, quàm rem sacram violare præsumitur.

Constat, inquit B. Martyr Cyprianus in 2. Epistola contra hæreticos, & refertur 1. q. 1. c. 70. oleum, unde baptizati unguuntur, sanctificari, & Eucharistiam fieri apud illos omnino non posse, ubi spes nulla est & fides falsa. Quis autem dubitet Episcopum hæreticum validè benedicere Chrisma, & Eucharistiam conficere?

Violare tamen præsumitur, quia indigne tractat, juxta illud Gratiani 2. q. 1. c. 4. *Quicumque ab unitate Ecclesiæ fuerit alienus, execrare potest, consecrare non valet.* Ubi Gloss. Verb. *Non valet: inquit: Conficit tamen etiam extra Ecclesiam, si formam observet: quia hoc Ordinis est, quem retinet recedens ab unitate Ecclesiæ.* Nonne & benedicere Chrisma est actus Ordinis? Nemo ambigit.

Ut ut sit, sive validè, sive invalidè consecraverint, sive ad Confirmationem, sive ad Baptismum, in capite præmemorato factum narratur aliquorum particularium, ut sig-

Quis posset esse in istis locis, ad que Chrisma ab Episcopo benedictum deferri nequiret.

89. Adfertur pro sententia affirmativa Concilii Toletanum,

Quod aliqui aliter interpretantur;

99.

simum est tantum factum patricularium.

ut significant illa verba: Tamen quia in aliquibus locis vel provincijs, narratur, inquam, sed non approbatur. Imò implicitè reprobat, quoniam contra communem Ecclesiæ consuetudinem, ut colligitur ex primis verbis: Quamvis ubique pene custodiatur.

101.

Quod autem addit: Placuit ex hac die, non sequitur antea fuisse licitum, aut validum, sed ex nunc novâ lege prohibet & corrigit imperitum errorem paucorum Presbyterorum; prout fecerat Sylvester Papa, qui, ut refertur in ejus vita, constituit Chrisma ab Episcopo confici, utique novo decreto tribuens, quod illis ex divina institutione, teste Fabiano, Dionysio, Clemente & alijs, qui Sylvestrum præcelsent, competeat.

Bracar.

Eadem lex diu post Concil. Toletanum renovata iterum fuit in Concilio Bracarenfi I. c. 37. Si quis Presbyter, inquit, post hoc interdictum ausu fuerit Chrisma benedicere, aut Ecclesiam, aut altaria consecrare, a suo officio deponatur. Nam antiqui hoc Canones tenuerunt &c. Certè ab initio Ecclesiæ illam benedictionem Presbyteris fuisse prohibitam, liquidò constat ex verbis Montani statim allegatis. Imò communis sententia & indubitata est, semper etiam invalidam fuisse, nisi accederet consensus, saltem Episcopi.

Quere neque ex Toletano neque ex Bracarenfi Concilio quidquam efficitur pro alterutra sententia concludatur.

102.

Ideoquè fortè Concilium Toletanum non expressè declaravit factum invalidum, supponens hoc omnibus notum esse ex subiecta materia, utpotè cùm Presbyteri illi id facerent sine legitima commissione, aut delegatione. Ergo neque ex Toletano, neque ex Bracarenfi Concilio quidquam efficitur concluditur, pro una, aut altera sententia.

Dices; Toletanum post verba supra ex ipso recitata, statim subjungit: Episcopo sanè certum est, quòd omni tempore licet Chrisma conficere, sine conscientia autem Episcopi nihil penitus Presbyteri agere præsumant. Ergo saltem ex conscientia sive commissione Episcopi possunt Presbyteri Chrisma conficere.

Nequidem quod hoc possint Presbyteri ex conscientia Episcopi.

Respondetur Primò, supposito quòd hîc solum agatur de Chrimate baptismali, quod solum est ceremoniale, & non sacramentale, ut dixi, sicut Pontifex illam chrimationem instituit, ita non dubito quin posset præscribere certam formulam benedicendi hujusmodi Chrisma, quo Presbyteri ex consensu Episcopi possent uti. Modò autem cùm sit una tantùm & eadem forma benedicendi, & idem Chrisma Confirmationis, atque Baptismi, ideo

Loquitur enim Toletanum de

Respondetur Secundò, Concilium ibi loqui de ordinarijs munij Sacerdotum,

v. g. unctione baptizati in vertice, quæ non licebat olim Presbytero præsentè Episcopo sine illius consensu; imò nec in baptisterium introire. Unde subditur: Statutum verò est Diaconum non chrimare, sed Presbyterum, absente Episcopo, præsentè verò non, nisi ab ipso fuerit præceptum.

unctione baptizati in vertice.

Sed hoc mitigatum est ab Innoc. I. Epist. 1. c. 3. ibi: Nam Presbyteris, seu extra Episcopum, seu præsentè Episcopo baptizant, Chrimate baptizatos ungere licet &c.

Innoc. 1.

Magis videtur urgere, quòd in Concilio Bracarenfi benedictio Chrimatis annumeretur consecrationi Ecclesiæ, ac altarium, prout etiam apud Dionysium de Ecclesiastica Hierarchy c. 5. ibi: Præcipue verò ordinis Hierarchy præ cæteris ordinibus divina lex diviniore ceremonias assignavit. Quoniam divina lex sacram Hierarchy ordinum ceremoniam (id est, Ordinationem) diviniq; unguenti consecrationem, atque sanctam altaris consecrationem, divinorum Pontificum esse acibus facultatibus singulari munere attribuit.

103.

Benedictio Chrimatis annumeratur consecrationi Ecclesiæ. S. Dionysium.

Planum autem est consecrationem altaris posse delegari simplici Sacerdoti: ergo etiam consecratio Chrimatis, nisi ostendatur ratio specialis; sicuti est in ministerio seu collatione Ordinum; quamvis & Ordo Subdiaconatus & Diaconatus possit simplici Sacerdoti committi, ut proprio loco apparebit. Cur ergo similiter nequeat committi consecratio Chrimatis?

Si ergo hæc committi possit simplici sacerdoti, quidnam illat?

Hîc non habent Adversarij quid respondeant nisi Ecclesiam aliquando delegasse unam potestatem, & non aliam. An hæc responsio satisfaciatur, relinquo iudicio lectoris.

104.

Transio ad Epistolam D. Hier. ad Rusticum Narbonensem, ubi habentur hæc verba: Denique Chrimatis ea ratio est, atque hic ordo legitimus consecrandi. Baptizatum Dominum, & in similitudine columba in specie Chrimatis à Patre unctum fuisse, manifestum est, ac plenitudo Sacramenti corpus eius, & sanguis ostensus, quæ, cùm offerre licet etiam reliqua, quæ in eo sunt, consecrare. Quia in Christo omnis plenitudo divinitatis corporaliter habitat. Presbyteri ergo, si necesse est, possunt Chrisma conficere, quia in corpore eius Chrisma est, & quidem hæc regula etiam nunc servatur à plurimis, atque in Ecclesijs multis sic ista faciunt. Quid clariùs dici poterat, si modò verè?

Quod magis roboratur ex Epistola D. Hieron.

Sed quæ responsio? Omnes ferè Recentiores notant, illam non esse Epistolam D. Hier. cùm ibi doceantur aliena à fide, videlicet Presbyteros, & Episcopos esse æqualis potestatis, & alia periculosa in fide. puta omnia Sacramenta à Sacerdote ministrari & confici posse. Ex quo errore

Quam recentiores notant non esse Hieronymi.

facile derivatus est alius de consecratione Chrismatis à Presbytero.

Quod autem adfertur de usu aliarum Ecclesiarum, consuetudo non est, sed corruptela, cui semper Ecclesia generalis contradixit, ut patet ex Concilijs supra relatis; ideoque de ea nihil curandum.

Hic finio materiam remotam, de qua fortassis plura, quam ratio nostræ scriptio- nis exigat, sed ut spero non propterea mi- nus grata Theologis, qui non superficiali- lem, sed fundaram expectant doctrinam, Incipio materiam proximam, pro qua erit

CONCLUSIO V.

Materia proxima Confirma- tionis est unctio in fronte per modum crucis, ex præ- cepto Ecclesiæ facta imme- diatè pollice dextro.

105. P Rima pars est communis, desumpta ex Concilio Florentino de hoc Sacra- mento §. Effectus autem, in fine: Ideoq, in fronte, ubi verecundia sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen consistere erubescat: Et præcipue crucem eius, que Iudais est scandala- tum, gentibus autem stultitia, propter quod signu crucis signatur. In quibus verbis exprimitur, ut patet, unctio in fronte per modum crucis.

Consonat Doctor Subtilis 4. dist. 7. n. 2. dicens: Materia proxima, id est, illud visibile, quod concurrat in fundamento est unctio, facta in fronte, in figura crucis. Addit: Cum Chri- smate sanctificato, quod in hac conclusione, ex dictis in præcedenti conclusione, satis subintelligitur; quandoquidem materia proxima, sit applicatio materiæ remotæ.

Enimvero forma hujus Sacramenti, qui- buscumque verbis exprimat, immediatè cadit sive determinat, non ipsum Chrismi sanctificatum, sed unctionem sive applica- tionem istius Chrismatis ad hominem confirmandum, & per ipsam immediatè sig- nificatur effectus Sacramenti.

Quippe sicuti panis materialis non nutri- rit corpus, nisi per comestionem debitè applicatus; & oleum non confortat, aut roborat corpus, nisi quod illo inungitur; ita quoque panis Eucharisticus non nutrit spiritualiter animam quamdiu per come- stionem non constituitur præsens; neque oleum seu Chrismi benedictum robor spi-

tus tribuit ad fortiter Christi fidem confir- tendam, nisi per unctionem corpori applicetur.

Et hinc sæpissimè SS. Patres Sacramen- tum hoc vocant Unctionem, ut omnes in- telligant non esse Sacramentum perma- nens, quemadmodum Eucharistia, sed transiens sive consistens in usu, sicuti Ba- ptismus, & cætera Sacramenta, quorum esse est fieri. Pro quo

Nota nonnullos ex Græcis docuisse; ipsum Chrismi esse Confirmationis Sacra- mentum, ducti verisimiliter auctoritate Cyrilli Jerosolymitani Catech. 3. ubi sic inquit: Quemadmodum panis Eucharistia, post Spiritus sancti invocationem, amplius non est panis communis, sed est corpus Christi; sic sacram hoc unguentum, non amplius est unguentum nudum, neque commune, postquam iam conse- cratum est, at est Chrismi (vel, ut alij legunt, Chrismi Christi) quod adventu Spiritus sancti efficaciam habet per ipsius divinitatem.

At facilis est responsio; comparationem videlicet in hoc consistere, quod utraque res, panis nempe & Chrismi, ante con- secrationem sit res communis, & post consecrationem sacra, sed alio modo; nam panis Eucharisticus ante usum continet corpus & sanguinem Christi, adeoque efficaciter significat gratiam substantia- lem, id est, ipsum auctorem gratia sancti- ficantis seu inherens, quod sufficit ut sit verum Sacramentum, juxta dicta disp. 1. sect. 1. conclus. 2. Nihil autem tale reperitur in Chri-smate sanctificato; utpote quod per consecrationem solum efficitur apta materia ad causandam gratiam ex opere operato in actuali sui, cum debita forma verborum, applicatione.

Quod optime noverat D. Cyrillus; & ideo verbis præcitatis continud atexit: Quo frons, & alij sensus tui symbolici, id est, Sacramentaliter, inunguntur. In ipsa ergo unctio, etiam secundum illum sanctum Patrem, & non in nudo Chri-smate benedi- cto, consistit essentialiter & completè Sacramentum Confirmationis.

Porro quòd unctio hæc debeat fieri in figura Crucis, non efficaciter colligitur ex forma, si hæc valeat: Confirma te, ut conclus. 2. argumentabamur de Chri- smate: Et dato, quòd forma communis non verificaretur in hoc puncto, enim propterea esset necessariò falsa in aliqua sui parte essentiali? Minimè. Uti si quis dextrâ baptizans, diceret: Baptizo te sinis- tra in nomine Patris &c. validè baptizaret: quia quòd dextrâ vel sinistra fiat placè est Baptismo accidentale.

Aliunde

Prima pars Concluf. probatur ex Florentino.

Cui conso- nat D. Sub- tilis.

Aliunde ergo probandum est signum crucis esse essentialia: non melius quam ex perpetuo & constanti usu universalis Ecclesie, tam apud Græcos, quam Latinos.

Et ita docent omnes Patres, Pontifices Romani atque Concilia, præscribiturque in Pontificali Romano. Dionysius de Cælesti Hiërarchia c. 2. ibi: *Affumentes autem illum (baptizatum) Sacerdotes, susceptori sui, accessus duci consignant, & unia cum ipso illum vestem baptizati munditie congruam induunt: sicq; induum rursus ad Pontificem ducunt. Ille divino ac desico prorsus unguento virum signans ( utique signaculo Christianorum, quod est crux ) sacratissime communionis participem facit.*

Sed universali Ecclesie usu probatur,

Conferentibus Patribus, Concil. &c. D. Dionysij.

S. Ambrosij,

Manifestus D. Ambr. l. 6. de Sacramentis c. 2. *Vixit, inquit, te Deus; signavit te Christus. Quomodo? Quia crux ipsius signatus es forma ad illius passionem, accepisti signaculum ad illius similitudinem.*

108.

Atque de hoc signaculo intelligitur Concil. Constantinopolitanum primum, quando can. 7. præscribens ordinem & consuetudinem recipiendi hæreticos Arianos & alios, quos ibi nominat, copientes transire in partes Ecclesie orthodoxæ ait: *Frontis, & oculi, & nares, os & auricula signentur sive ungantur primum sacro unguento. Et cum signamus eos, dicimus: Signaculum domini Spiritus sancti.* Similiter Cyrillus Catech. 4. ibi: *Impinguavit enim caput in fronte per signaculum Dei.*

Constantinopol. 1.

Cyrillus.

Hoc signaculum accepit Constantinus Imperator, disertè scribens in suo edicto, Sanctum Silvestrum liniivisse in ejus fronte vexillum Sanctæ Crucis. De Clodoveo testatur Greg. Turonensis lib. 2. de gestis Francorum c. 31. *Delibutus est sacro Chrismate cum signaculo crucis.*

Gregorij Turonensis.

S. Augustini.

Et ne præteream D. Aug. verba ejus clarissima sunt Tract. 118. in fine: *Postremo quid est quod omnes noverunt, signum Christi, nisi Crux Christi? Quod signum nisi adhibeatur sive frontibus credentium, sive ipsi aqua ex qua regenerantur, sive oleo quo Chrismate unguuntur, sive Sacrificio, quo atantur, nihil eorum rite perficitur.*

109.

Profectò hæc testimonia, accedente continuo & universali usu Ecclesie, non solum ostendunt unctionem Chrismatis in forma crucis pertinere ad substantiam hujus Sacramenti; verùm etiam contra Ledesma hæc art. 9. & Victor. in summa de Sacramentis quæst. 18. efficaciter probant, non sufficere ad valorem, unctionem cujuscumque partis, sed necessariam esse chrismationem frontis; quâ solâ utitur Ecclesia Latina & Græca primo loco, quamvis & alias

Quibus testimoniis confirmatur Chrismationem frontis esse essentialiam.

corporis partes inungat, ut patet ex Concil. Constant. supra relicto.

Quod & docet Cyrillus Hieros. Catech. 3. ibi: *Primum frontis unctionem, ut eam à nobis abstergat pudorem, quem primus homo transgressus perpetuò circumferebat, similis efficiat, ut possimus vultu non velato gloriam Dei intueri. Deinde verò aures inunguntur &c. Nasales &c. Tum verò & pectus inungitur.*

Græci adhibent etiam alias unctiones juxta Cyrillum & Constant.

Pontius supra parte 2. c. 5. n. 6. existimat ad singulas unctiones repeti formam, quamvis in prima unctione frontis Sacramentum conficiatur, & effectum sortiatur.

110. Pontius.

Sed quorsùm hæc repetitio, si totus effectus independenter ab illa est positus; maxime hæc, ubi Sacramentum, utpote imprimens characterem, nequit iterari? Aliud est in Extrema unctione, ubi singulæ partes inunguntur cum singulis formis experimentibus singulas distinctas partialiter unctiones, cum partiali probabiliter effectus, vel saltem cum dependentia totalis effectus ab illis.

Quæ omnes sunt expendæ sub eadem forma verborum.

Hinc alij respondent, omnes unctiones expendas esse sub eadem forma verborum, ita ut forma ordinaria non prius finiatur, quàm omnes partes sint inunctæ; alioquin unctiones, quæ sequuntur prolationem formæ, non erunt Sacramentales, sed tantùm ceremoniales, ut disp. præced. diximus de trina merione in Sacramento Baptismi videlect. 1. conclus. 9.

Hic modus videtur probari ex Concil. Constant. supra; postquam enim enumeravit singulas unctiones subjungit: *Et cum signamus eos dicimus: Signaculum domini Spiritus sancti.* Quæ ultima verba, ut videbimus Concluf. sequenti, continent formam, quæ Græci in hoc Sacramento utuntur, ac si diceret Concilium: Inter unguendum singulas partes (quæ singulæ unctiones integrant unam moraliter unctionem) simul absolvimus verba essentialia formæ.

Qui modus probatur ex Concilio Constant.

Cæterùm indubitatum esse debet solam chrismationem frontis esse necessariam necessitate Sacramenti; cum illa in utraque Ecclesia adhibeatur, & hæc solâ utatur Ecclesia Latina, quæ est, & semper fuit, magistra veritatis. Quis ergo, nisi hæreticus, dicere audeat, Ecclesiam Latinam à principio suæ institutionis errasse circa Confirmationem, quæ una est ex septem columnis, quibus tota Ecclesie Romanæ structura innititur?

111. Indubitatum equidè solâ Chrismationem frontis esse necessariam necessitate Sacramenti.

Certè jam dudùm Ecclesia periisset, imò numquam extitisset: neque enim est vera Christi Ecclesia, quam non docet Spiritus sanctus omnem veritatem, juxta promissum æternæ Sapientie Joan. 14. v. 26. *Paracticus*

Joan. 14. v. 26. Paracticus

autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quaecumque dixerit vobis. Et Joan. 16. v. 13. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

**I 12.** Que veritas censetur factis definitis? Si non verbo, saltem facto.

**Innoc. I.** Quibus adde Innoc. I. Epist. 1. c. 3. ibi: Non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis, cum tradunt Spiritum Paracletum. Damascus quoque Epist. 4. in hunc Choresepiscopis hujus Sacramenti ministerium, inquit: Nec Chrismate baptizatorum fronte signare.

**Damasus.** Non omitam aliud testimonium D. Aug. in Psalmum 141. ibi: Usque aded de Cruce non erubescit, ut non in occulto loco habeat Crucem Christi, sed in fronte portem; impressam utique in Sacramento Confirmationis. Nam sequitur: Multa sacramenta aliter atque aliter accipimus. Quaedam sicut nostris ore accipimus, quadam per totum corpus accipimus. Quia vero in fronte erubescit, ille, qui dixit, Qui me eruberit coram hominibus, erubescam eum coram Patre meo qui in caelis est, ipsam ignominiam quodammodo, & quam pagani derident (id est Crucem) in loco pudoris nostri constituit.

**Innoc. III.** Claudio hanc doctrinam auctoritate Innoc. III. c. unico de sacra unctione, ibi: Per frontis chrismationem manus impositio designatur; qua alio nomine dicitur Confirmatio. Ubi Pontifex Sacramentum Confirmationis appellat, frontis chrismationem. Quæritur rationem? A priori est voluntas instituentis; congruentiam habes in verbis D. Aug. statim citatis, quam eandem reperies in Florentino allegato in principio Conclusionis. Hæc & plura alia, quæ possent adferri, ostendunt doctrinam nostram esse omnino certam, & fortè de fide; adeoque sententiam contrariam omnino falsam, & plus quam temerariam. Superest secunda pars Conclusionis, quam sufficienter probat Pontificale Romanum Tit. de Confirmandis ibi: Et Pontifex inquit sigillatim de nomine cuiuslibet confirmandi, sibi per Patrum flexis genibus presentati, & summitate pollicis dextrae manus Chrismate intincta dicit: Signo te signo crucis, quod dum dicit, producit pollicis signum crucis in frontem illius.

**Et ratione à priori, quæ est voluntas Christi.** Ostenditur ex praxi: Atque ita ab omnibus practicatur; quam-

**Unde hæc doctrina est fontè de fide.** Quod Chrismatio pollice dextro fit.

**113a Pontific. Rom.** Quod Chrismatio pollice dextro fit.

**Ostenditur ex praxi:** Atque ita ab omnibus practicatur; quam-

vis non satis constet obligationem esse gravem, sic ut variatio sit mortalis, si alio digito tangat, & unget. Ita Diana parte 3. tract. 4. resol. 22. citans Didacum Nignum in 3. parte to 1. q. 62. a 4. dicit, 3. conclus. 4. quia non conitat utrum talis variatio sit gravis materia vel levis; videtur enim parum referre, quod unctio fiat indice, vel pollice, quod fiat manu dextra, vel sinistra. Sequitur hanc sententiam Dicastillo disp. unica dub. 12. n. 149.

Sed quid si instrumento tangat & liniat, quemadmodum solet conferri extrema Unctio tempore pestis, imò & in alijs occasionibus? Eritne valida Confirmatio? Quippe illicitam fore propter contrariam Ecclesie consuetudinem nemo dubitat; etiam graviter, quia probabile est non valere, & ita exponitur Sacramentum periculo nullitatis; ex quo patet esse materiam notabilem.

Itaque communior sententia docet Sacramentum ita collatum non valere. Fundatur potissimum tum in communi praxi, tum quia hoc Sacramentum successit manuum impositioni teste Florentino in hoc loco autem illius manus impositionis (quæ scilicet usi fuerunt Apostoli in Actibus c. 8.) datur in Ecclesia Confirmatio. Et Innoc. III. statim citatus: Per frontis, inquit, chrismationem manus impositio designatur. Non apparet autem quomodo unctio habeat rationem impositionis manus, quando non fit manu, immediatè, sed medio tantum instrumento. Quæ ratio non militat in Extrema Unctione.

Equidem valere, multi censent probabile. Quod insinuat Doctor Subtilis, quando pro materia proxima solum assignat unctionem, factam in fronte in figura crucis; nullà faciã mentione pollicis dextri, aut immediati contactus manuum; à quo etiam abstinet Concilium Florentinum. Hæc ergo sic ratio hujus probabilis opinionis; quia videlicet nec ex testimonijs Patrum, neque ex locutionibus Conciliorum quidpiam adferri potest, quod efficaciter probet immediatum contactum pollicis dextri, aut alterius partis manuum esse essentialem.

Enimverò (præterquam quod de sacro mediet oleum, cum tamen a Apostoli fortè nudâ manuum impositione fuerint usi) non debet intelligi ista manus impositio in toto rigore physico; sed moralis, talis videlicet modi, qui sufficiat ad frontem inungendam; qualis omnium iudicio est, hinc medio instrumento, ut liquet in Extrema Unctione.

Ceterum

116. Cæterum quis dubitet valituram Confirmationem, si Episcopus carens volâ manus, aut manum studio contrahens solo tangat pollice? An forsitan non incurrit censuram Can. *Si quis suadente diabolo*. 17. q. 4. qui percutit clericum instrumento? Nemo ambigit incurere. Ut quid, cum jus requirat violentam manuum injectionem, ibi: *Quod in Clericum vel Monachum violentas manus iniecerit?*

Respondes; quia percussio medio instrumento est injectio manuum. Assentior: sed inquiri cur simili ratione unctio medio instrumento non possit dici manuum impositio? Quia, inquis, communis praxis & sensus Doctorum ita intelligit violentam manuum injectionem in Can. prælegato, secus impositionem manuum in Sacramento Confirmationis.

117. Sed contra; etiam praxis postulat tactum immediatum pollicis, & tamen non propterea est essentialis. Profecto sola praxis non potest esse signum sufficiens absoluta necessitate; quippe etiam illa communiter practicantur, nisi occurrat casus necessitatis, quæ tantummodo necessaria sunt necessitate præcepti. Quod si occurreret casus urgens chrismationem mediante instrumento, quis scit an Ecclesia eam non practicaret? Ergo sub judice maneat illis: quia casus metaphisicus.

Ad alia magis necessaria propero. Et quid magis necessarium quam forma Sacramenti? Pro hac ergo ponitur

CONCLUSIO VI.

Forma ordinaria Confirmationis est hæc: *Signo te signo crucis, & confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Valet forma Græcorum: *Signaculum doni Spiritus sancti.* Quidni & ista: *Confirmo te?*

118. Forma ordinaria est totius Ecclesie Latine usque recepta: Florent. Clement VIII.

omitteretur, forma foret invalida.

Dico: *Et in æquivalenti*; quia certum est non omnia illa verba in specie requiri ad valorem, quamvis bene ex præcepto. Quod insinuat Scotus supra num. 2. ibi: *Forma est talis: Signo, vel configno te signo crucis, confirmo te Chrismate salutis, vel sanctificationis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Neque variatio videtur semper notabilis, adeoque mortalis contra præceptum Ecclesiasticum; sed tunc maxime, quando reddit Sacramentum dubium, aut certe in Ecclesia Latina assumitur forma Græcorum, vide disput. præced. sect. 2. conclus. 1. Ubi de forma Baptismi usitata in Ecclesia Græca: *Baptizatur, vel, baptizetur servus Christi* &c. quæ secundum Concilium Florentinum æquivalere formæ Latinorum: *Ego te baptizo* &c.

Ex quo colligo hanc formam Confirmationis: *Consignatur, vel, consignetur servus Christi signo crucis, & confirmetur Chrismate salutis* &c. proculdubio æquivalere formæ ordinariæ, exprimit quippe personam confirmandam, actum ministri ut ab eo procedentem, & cætera necessaria; nihilominus graviter peccaret, qui eâ uteretur, ubi non est usitata; sicuti loco jam citato docuimus de eo, qui in Ecclesia Latina baptizaret hæc formâ: *Baptizatur servus Christi* &c. utique propter ejus notabilem in modo significandi diversitatem.

Aliud esset si loco, *Signo*, dicitur, *Consigno*, aut loco, *Salutis, Sanctificationis*; vel si omittatur *ly, Et*, positum inter *ly Crucis, & ly Confirmito*.

Sed veniamus ad principalem controversiam, cujus decisionem, suppositâ veritate secundæ & tertie partis Conclusionis, nemo poterit ignorare.

Probatum itaque secunda pars; quia nec in ipso Concilio Florentino (ubi tamen fuit pax inita inter Ecclesiam Latinam & Græcam, & quæstiones compositæ) ulla fuit disputatio de forma Confirmationis, ejusque valore, cum tamen in alijs minoribus rebus fuerit disceptatio; quæsitum si quidem fuit, cur eorum Presbyteri confirmarent; & statutum ut soli Episcopi Chrismâ conficerent.

Præterea Clemens VIII. in brevi quadam instructione ad reformandos abusum Græcorum, prohibet ne ministretur à Presbyteris, & ordinat reconfirmationem eorum, de quibus dubitabatur, an essent ab Episcopis confirmati. Ergo supponit non esse reconfirmandos illos, qui erant ab Episcopis confirmati, adeoque formam eorum legitimi-

Non omnia tamen verba in specie requiruntur ad valorem.

Scotus.

118.

Sufficit quod æquivalentiam secundum significationem.

119.

Unde valet forma Græcorum;

119. Unde valet forma Græcorum;

Quia in Florentino nulla fuit de forma disceptatio,

Clemens VIII.





*Secl. 1. De Essentia Confirmat. Concl. 6. 451*

canonem adscitium, & insertum Canonibus hujus Synodi.

Ut ut sit de isto Canone, ex reprobatione unius, malè inferitur reprobatio omnium. Et ut essent omnes reprobat, pro valore illius formæ sufficere deberet, quòd, ut mox dixi, relicta sit in Euchologio Græcorum de novo jussu Urbani VIII. reviso, & reimpresso.

Et hæc quidem pro veritate formæ Græcorum, quæ cum in substantia nequeat discrepare à forma ordinaria seu Latiorum, ostendo illas æquivalere. Utraque quippe exprimit actum, qui per ipsum ministrum exercetur, cum sanctæ Trinitatis invocatione, vel per nomina *Patris, Filij, & Spiritus sancti*, ut in forma ordinaria, vel per *ly Spiritus sancti*, ut in forma Græcorum, in quo implicitè continetur tota Trinitas, ut videre poteris disp. præcedenti *Secl. 2. Concl. 4.*

At inquires quomodo in forma Græcorum exprimitur actus, qui per ministrum exercetur, sive actio ministri & suscipiens, cum sit oratio imperfecta, sive non significativa defectu verbi.

Respondeo, secundum proprietatem Græci sermonis, præsertim in propositionibus prædicis, subintelligi debere *ly Est*, aut *ly Donatur*, vel, *Do tibi*, ut sensus sit: *Hoc quod tibi do est signaculum domi Spiritus sancti*. Vel brevius: *Est signaculum domi Spiritus sancti*, seu quod in idem redit: *Do tibi signaculum &c.* Sicuti synonyma sunt: *Hic est liber tuus*, prolatum ab eo, qui habet potestatem dandi, & *Do tibi hunc librum*.

Et verò implicat signaculum, & donum, ubi non est signans, & qui signatur, donans, & cui donatur. Ergo in his duobus verbis, *Signaculum domi*, implicitè continetur minister, ejus actio, & suscipiens; addo effectum, robur nempe ad fortiter consistendam fidem, quod est speciale donum Spiritus sancti.

Porrò hunc modum loquendi non esse inusitatum, etiam apud Latinos, patet ex his locutionibus: *Lumen Christi*; *Gloria in excelsis Deo*; *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto*; *Benedictio, claritas & sapientia, honor, virtus & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, amen*. Et pluribus alijs, in quibus subintelligitur *ly Est* aut simile verbum.

Unde *Luc. 22. v. 20.* ubi Latinus interpretes vertit: *Hic est calix novum testamentum in sanguine meo*. In Græco legitur: *Hic calix novum testamentum* omisso *ly Est*. Similiter ubi *Exod. 24. n. 8.* legitur: *Hic est sanguis fœderis, quod pepigit nobiscum Dominus &c.* Apostolus ad *Hebræos 9. v. 20.*

retulit sine verbo substantivo: *Hic sanguis Hebr. 9. testamenti, quod mandavit ad vos Deus.*

Si ergo Lucas formam consecrationis Calicis sine verbo protulit, & illa valida est, inquit *Bas. Pontius* parte 2. c. 7. §. *Similis modus loquendi* in fine, quid miramur si valeat hæc forma Confirmationis: *Signaculum domi Spiritus sancti*? Per quam Patres Concilij Constantinopolitani unà cum opere, quod faciebant, id est, chrismatione, sive unctione externi Chrismatis, significare volebant, & actu significabant totum, quod solis verbis magis expressè & explicitè significat Ecclesia latina dicendo: *Signo te signo crucis, & confirmo te Chrismate salutis &c.* Enimverò si quis dicat pauperi porrigendo manum: *En nummum*, eo ipso intelligitur eum dare.

Confirmantur jam dicta ex alia forma, quæ legitur usus *S. Sylvester* in Confirmatione Constantinij Magni, quam ipse Imperator in edicto suo (quod habetur tom. 1. Concil. post Concil. Roman. II. sub Sylvestro) refert his verbis: *Levatòs me de venerabili fonte, induit vestibus candidis, septiformis gratia sancti Spiritus con-signationem adhibuit beati Chrismatis unctione, & vexillum sanctæ Crucis in mea fronte livitū dicens: Signet te Deus sigillo fidei sue, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, in con-signatione fidei.*

Dicam autem cum aliquibus Imperatorem in suo edicto non retulisse distinctè omnia, quæ in ejus Confirmatione gesta sunt, adeoque partem formæ omisit? Certè hæc potius fuga est, ubi non est fugiendum, quàm apprensus solutio, cum minutissima quæque alia recenscat, quæ in, & ante Baptismum fieri solent, ut exorcismum, catechismum, benedictionem fontis, trinam merfonem, vestem candidam, & similia. Porrò licet hoc edictum in his, quæ habet de primatu Romanæ Sedis, & Patriarchali dignitate Constantinopolitana, à Græcis videatur corruptum: at in alijs communi calculo censetur legitimum & incorruptum.

Cæterum quomodo intelligenda sit hæc forma: *Signet te Deus &c.* quæ apparet esse deprecatoria facilè colliges ex dictis disp. præced. *secl. 2. concl. 2.* de simili forma Baptismi: *Baptizet te Christus*. Nonne desiderium efficax exprimi potest tum indicando, tum imperando, tum optando?

Et eadem verba (ut rectè advertit *Pontius* supra §. *Quod satis declarat*) in diversis circumstantijs prolata, diversa significant, v. g. si sint in hoc cumulo libri diversorum dominorum, Petro cupienti scire, quinam

Et reperitur in formâ consecrationis Calicis, *Bas. Pont.*

126.

Et confirmatur ex forma quam refert *Constantinus Magnus*,

Dicere quòd Imperator refertur dimidiatum formam esse fugere difficultatem.

127. Qualiter dicta forma sit intelligenda, colligitur ex dictis.

124. Offenditur forma Græcorum æquivalere cum ordinaria Latinarum.

In qua secundum proprietatem sermonum apud Græcos exprimitur actio ministri & ipse suscipiens

Implicitè in verbo *Signaculum domi*

125. Qui modus loquendi nequidem est apud Latinos inusitatus.

Luc. 22.

Exod. 24.

quinam sint sui, dicam ego; *Iste liber est tuus*, non indico, me illi donare librum: at si omnes illi essent mei, eisdem planè verbis significo me illi donare librum. Item si quis à Rege potestatem haberet, vel supplicio afficiendi; vel liberos dimittendi reos: si alicui diceret, *Princeps remittis tibi supplicium*, apud eos, qui eam potestatem noverunt, idem est ac si diceret: *Ego nomine Principis remitto tibi supplicium*.

Cùm ergo certum sit, suppositâ institutione Christi, ministros habere potestatem à Deo conferendi gratiam per Sacramenta, idem est dicere, *Consignet te Deus*, ac dicere; *Ego te consigno potestate acceptâ in nomine Patris &c.* Vel: *Deus te consignet per me eius ministrum*. Vel, per sigillum, quod tibi imprimo in nomine Patris &c. Haec Pontius.

Et quis scit quare dixerit D. Aug. lib. 15. de Trinit. c. 26. *Neque enim aliquis discipulorum eius (Christi) dedit Spiritum sanctum. Orabant quippe ut veniret in eos, quibus manum imponebant, non ipsi eum dabant (principaliter, bene ministerialiter) Quem morem in suis Praepositis etiam nunc servat Ecclesia?*

Unde Act. 8. v. 15. Petrus, & Joannes cùm venissent Samariam oraverunt pro ipsis (Samaritanis) ut acciperent Spiritum sanctum. Quod licet plerique explicent de oratione dispositiva ad debitam Sacramenti susceptionem, haud equidem perspicio, quin possit intelligi de modo quo Apostoli ministrabant hoc Sacramentum vel in re, vel æquivalenter & dispensativè.

Neque ab hoc modo abhorret D. Ambros. lib. 3. de Sacramentis c. 2. ubi in principio sic ait: *Sequitur spiritale signaculum, quod audistis hodie legi, quia post fontem superest ut perfectio fiat, quando ad invocationem (quam aliquis interpretari posset, deprecatoriam) Sacerdotis, Spiritus sanctus infunditur, Spiritus Sapientiae & intellectus &c.*

Quæ cùm ita sint, quis quæso vel mediocriter rem intropiciens non facillimè possit discernere, & digito quasi demonstrare, quænam verba ex illis, quibus constat forma ordinaria hujus Sacramenti, sint essentialia, & quæ non?

Atque imprimis verbum indicativi modi non esse necessarium necessitate Sacramenti, omnes pariter admittunt. Idem dicere debent de *ly signo crucis*, & *ly Chrismate salutis*, quicumque docent valere formam Græcorum.

Quamquam existimem illa verba concurrere ad effectum Sacramenti, quando explicitè ponuntur, antequam verba essentialia sunt prolata; cùm in ipsis implicitè

contineantur, puta in verbo, *Signo*, aut *Confirmo*, modificato per actum exercitum.

Certè ignoro quare necessitate Sacramenti magis in forma Confirmationis deberet exprimi materia remota per *ly Chrismate salutis*, quàm in forma Baptismatis, aut Extremæ Unctionis, dicendo: *Ego te baptizo in aqua*, Vel: *Per istam sanctam unctionem olei*.

Respondent Adversarii; quia *ly Baptizo*, per se satis significat abluitionem aquæ, & similiter *ly Unctio*, unctionem olei: quia ablutio communiter fit in aqua, & unctio in simplici oleo: qui autem dicit: *Confirmo te*, non significat ex vi verborum quòd Chrismate confirmet.

Contra: etsi communiter ablutio fiat in aqua & unctio in simplici oleo, attamen si fieret ablutio in vino, & unctio in alio unguento, adhuc verè diceretur: *Ego te baptizo*, &: *Per istam sanctam unctionem*, ergo præcisè ex vi verborum non significatur determinatè aqua & oleum.

Non tango validam esse hanc formam Sacramenti Extremæ Unctionis (de qua suo loco) *Pater sancte, medice animarum & corporum sana hunc servum tuum à morbo corporis & anime, quo detinetur. Ubi nulla mentio unctionis vel olei*.

Quid clariùs quàm materiam Sacramenti Ordinis Sacerdotalis neutiquam exprimi in ejus forma? Materia secundùm Florent. in decreto Eugenij est portio calicis cum vino, & patenæ cum pane: Forma autem: *Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro vivis & mortuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. Num sacrificium ex vi verbi magis significat panem & vinum, quàm aliam quamlibet materiam, quæ eodem modo posset offerri, si Christo ita placuisset?

Sed quid sciendum de geminato verbo *Signo*, &, *Confirmo*? Judico alterum sufficere cum Pontio supra c. ultimo n. 7. & alijs ab ipso citatis, si vera est ultima pars Conclusionis (de qua statim) quippe in forma Græcorum non ponitur *ly Confirmo*, & in forma, quæ traditur ab antiquo ordinario Romano tacetur *ly Signo*. Quamvis enim à parte rei non sint synonyma, in præsentem tamen pro eodem sumuntur & solum differunt, quòd unum magis explicitè significet robur, quod per Crucem accipitur ad eam non erubescendam, quàm aliud.

Restat explicita invocatio SS. Trinitatis per nomina *Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, & hanc quæque non esse essentialem manifestè

S. Aug. 15.

Act. 8.

S. Ambros.

Ex dictis colligitur quæ verba sint essentialia:

128.

Non verbum indicativi modi,

Neque *ly Signo crucis* & *ly Chrismate salutis*,

Cum verbo  
habet  
impone  
materia  
essentia

129.

Quæ non  
necessario  
in Baptizo

Neque in  
extremæ  
unctionis  
per ipse  
essentia  
man.

130.  
Sed et  
boni signi  
vel Cap.

131.  
Neque  
essentia  
per nomina  
Trinitatis  
manifestè

festè probat forma Græcorum. Dicere namque unam & eandem invocationem explicitam SS. Trinitatis fuisse apud Græcos finem formæ Baptismatis, & initium formæ Confirmationis hoc modo: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Signaculum domi Spiritus Sancti*, quam habet apparentiam veri?

Etenim Synodus Constantinopolitana (de qua supra) can. 7. ubi traditur illa forma: *Signaculum domi Spiritus Sancti*, Arianos & alios hereticos, quos ibi enumerat, transire volentes ad veram Catholicam Ecclesiam, recipit per solum Sacramentum Confirmationis.

Et quid erat opus exprimere Spiritum sanctum in fine formæ, si in principio erat expressus cum Patre & Filio?

Nec obstat quòd in Baptismo requiratur; siquidem id concorditer omnes docent, & Florentinum distinguens inter verba essentialia, & non essentialia, in utraque forma tam Græca, quam Latina, illa exprimit.

Et quamquam eadem reponat in forma Confirmationis, non tamen ut certò essentialia, cum inter essentialia, & non essentialia ibi non discernat: & aliunde constet sine illis Sacramentum hoc administrari in Ecclesia Græca.

Accedit, quòd idem Concilium eadem verba præscribat in forma Sacramenti Ordinationis, quo tamen non obstante omnes docent Ordinem absque illis valere.

De cætero magis congruum fuit in uno exprimere, quam in alio; quia in Baptismo fit prima & expressa professio externa fidei, quæ pro primario objecto habet Deum unum, & trinum, utpotè qui sit radix & fundamentum omnium aliorum mysteriorum fidei: Confirmatio autem robur tribuit ad universam fidem publicè, cum opus fuerit, propugnandam, quòd appropriatur Spiritui sancto, qui propterea dicitur specialiter dari per hoc Sacramentum; ideoque satis erat, si ejus mentio fieret, in quo tamen implicite tota Trinitas intelligitur, ut alibi explicavimus.

Habes lector verba non essentialia, vide quæ remaneant, & nobiscum interroga; Quidni hæc forma valeat: *Confirmo te?*

Respondet aliquis; quia non exprimitur causa principalis effectus, saltem per *ly Spiritus sanctus*, prout fit in forma Græcorum; quin & in antiquo Ordine Romano, in quo maxime fundatur ultima pars Conclusionis, sive valor illius formæ, expressè invocatur Sancta Trinitas per nomina *Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*.

Sic quippe legitur in illo libro, qui antiquissimus est, & refert omnes ceremonias & ritus servandos in officijs Ecclesiasticis, & administratione Sacramentorum (habetur tomo 8. Bibliot. Patrum in fine) sic, inquam, scriptum reperitur *Tit. Item ordo de Sabbato sancto in die: in oratione, quæ sequitur depositionem cerei benedicti in fontem, Oratione expletâ interrogantibus Diaconibus nomina singulorum, Pontifex tincto pollice in Chrismate faciat Crucem in frontibus singulorum, ita dicendo: Confirmo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.*

Pontius supra ca. 7. legit: *Confirmo te &c.* verum *ly Te*, vel omnium est errore typographico in volumine quod ego inspexi, vel ipse de suo addidit: saltem Trinitas expressè invocatur. Quocirca non videtur improbabile hoc Sacramentum essentialiter exigere in sua forma expressionem causæ principalis vel per *ly Spiritus sanctus*, ut in forma Græcorum, vel per *ly Deus*, ut in forma Silvestrina, vel certè per nomina *Patris & Filij, & Spiritus Sancti*, ut in forma ordinaria.

E quidem nec hoc aliquibus probatur necessarium, cum in alijs Sacramentis id non requiratur, ut patet in Matrimonio, imò & in Sacramento Pœnitentiæ, ubi sufficit secundum omnes: *Ego te absolvo à peccatis tuis*. Quare ergo similiter non sufficeret in hoc Sacramento: *Signo, aut, confirmo te?* Quippe etiam in omni Ecclesia invocatur Trinitas in forma absolutionis.

Solum obstat videtur communis sensus DD. at sicut ille fallit in explicita invocatione SS. Trinitatis per nomina *Patris & Filij, & Spiritus Sancti*, ita etiam non est infallibilis in expressione causæ principalis. Quid ergo? Non video quò argumento efficaciter possit evinci invaliditas hujus formæ: *Confirmo te.*

Quid si dicam, valete hanc solam Vocem: *Confirmo?* Sanè liber iste, qui inscribitur Ordo Romanus, vel nihil probat, utpotè apocryphus & mutilus, ut aliqui respondent; utique non consonans usui Romanæ Ecclesiæ, & communi sensui DD. vel si authenticus & integer (ut probabilis est) secundum usum illius temporis, clarè demonstrat *ly Confirmo* sufficere.

Elige quod placet; sed utere semper formâ ordinariâ, ne notabiliter eam immutando, graviter pecces contra receptam consuetudinem Ecclesiæ, in qua Sacramentum administras.

Hic finis esset primæ sectionis, nisi curiosus quispiam Theologus à me quæreret; num etiam Apostoli in primitiva Ecclesia

Eslo in baptismo requiratur

Quia in uno est magis congruum exprimere quam in alio

133. Ex quibus colligitur hæc verba sufficere Confirmo te.

Pontius

133. Neque videtur necessarium in forma exprimere causam principalem effectus.

Licet communi sensu sit sentiant DD.

134. Imò qui dicitur hæc vocem confirmo pro se sufficere.

Non convincitur.

Quæ non deficiunt in Baptismo

132.

Eslo in baptismo requiratur

134. Imò qui dicitur hæc vocem confirmo pro se sufficere.

135. Mensura officii in primitiva Ecclesia

usi fuerint materia & forma jam explicatis, an verò nudâ manuum impositione? Cui curiositati volens satisfacere, nolens tamen haberi aut videri curiosus, coronidis loco fit hæc

CONCLUSIO VII.

Nec ratio nec auctoritas vincit Apostolos aliquando confirmasse per nudam manuum impositionem.

Quæ enim esset ista ratio? An fortasè paupertas Apostolorum, quæ prohibuit emptionem balsami, utpotè, quia rarum, carum? Sed hæc ratio nullius est considerationis. Nam, præterquam quòd Christus in ultima cœna consecraverit Chrisma, & Apostolis modum conficiendi illud ex oleo & balsamo tradiderit, ut supra diximus ex Fabiano Epistolâ 2.

Certum est ex Act. 4. cap. primos Christianos omnes suas facultates vendidisse, & posuisse ante pedes Apostolorum. Quid enim dicit Scriptura v. 34. Neque enim, quisquam egens erat inter illos. Quorquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant præterea eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Sequitur: Dividebatur autem singulis prout cuique opus erat.

Dividebatur, inquam, sed à quibus? Indubie ab Apostolis. Et existimabimus eos tam parùm sollicitos fuisse, aut facultates fidelium tam tennes, ut non ante omnia ex illis sibi providerent de necessarijs ad Sacramentorum administrationem, v. g. modicâ quantitate balsami? Nefas sit hoc cogitare, supposito quòd Chrisma pro illo tempore fuerit materia necessaria.

Accedit abundantia balsami in Palæstina, quam testatam reliquit D. Hier. ad c. 27. Ezech. his verbis: Dicitur autem quibus terra Iudæa, quæ nunc appellatur Palæstina, abundet copijs, frumento, balsamo &c. Et Greg. Magnus in c. 1. Cant. in Vineis Engaddi dicit balsamum exitisse. In Engaddi, inquit, gignitur balsamum &c. Unde ergo tanta caritas in terra, ubi nascebatur? Et quæ tanta paupertas Apostolorum, aut ex quo tam modicæ illis pecuniæ, ut non sufficerent modicæ quantitati balsami in ipsa Palæstina?

Nec majoris ponderis est secunda ratio: Conveniebat, inquiunt, dignitati Apostolorum, ut faciliori & excellentiori modo conferrent Spiritum sanctum: præsertim

cùm esset ingens multitudo eorum, qui convertebantur.

Sed numquid etiam congruum erat ut faciliori & excellentiori modo conferrent remissionem peccatorum? Quis propterea docet Apostolos vel baptizasse, vel absolvisse absque materia & forma à Christo determinatis? Et siquidem aliquando baptizaverint ex privilegio in nomine solius Christi, nisi Scripturâ expressè attestante, nemo id assereret: quin & Scripturam, alioquin satis claram, multi ita interpretantur, ut doceant Apostolos semper baptizasse in aqua cum explicita invocatione SS. Trinitatis, cùm tamen non esset minor multitudo baptizandorum, quàm confirmandorum.

De Ordinatione autem quid? Non legitur Apostolos umquam ordinasse sine signo sensibili reali & vocali, non quidem traditione libri Evangeliorum, utpotè qui nondùm conscriptus erat, sed aliâ ceremoniâ ab Ecclesia pro tunc determinatâ ad significandam potestatem, quæ per Ordinem hunc vel illum conferebatur. Quo ergo fundamento conceditur Apostolis privilegium Confirmationis extraordinariæ sine materia & forma, jam tunc à Christo determinatis?

Dices, & est primum argumentum ab auctoritate, quia in Script. Act. 8. & 19. ubi legitur Apostolos dedisse Spiritum sanctum per manus impositionem, nulla fit mentio chrismationis, aut formæ vebalis.

Accedat auctoritas Innoc. III. c. unico de sacra unctione §. finali, ubi dicit: Per frontis chrismationem manus impositio designatur, quæ alio nomine Confirmatio dicitur. Eugenij quoque in Concilio Florent. ubi in decreto suo de hoc Sacramento, postquam adduxisset locum ex c. 8. Act. in quo Apostoli per manus impositionem dederunt Spiritum sanctum, statim subiungit: Loco autem illius manus impositionis datur in Ecclesia Confirmatio. Ergo (inquit Pontius parte 2. c. 6. n. 9.) illa manuum impositio, quâ Apostoli utebantur, non fuit chrismatio, neque Confirmatio.

Respondeo; hoc argumentum ab auctoritate solius Scripturæ, fatetur ille Auctor nullius esse momenti; tum quia ab auctoritate negativa; tum quia S. Lucas nomine Impositionis manuum potuit ibi intellexisse ipsam unctionem; quippe hæc voce Sacramentum Confirmationis, quod hodie Ecclesia administrat, sæpe ab antiquis Patribus & Concilijs significatum fuit, ut patet ex dictis, & patebit ex infra dicendis ac alioquin

135. Apostolos confirmasse per solam manuum impositionem non ostenditur

Ex paupertate Apostolica Act. 4.

S. Hiero.

Greg. Mag. num.

136. Neque ex illorum dignitate,

alioquin nequit confirmans frontem aliter tangere aut ungere, quin manus moraliter loquendo aliquo modo imponat supra confirmatum.

138.

Quæris, quare ergo Scriptura non expressè meminerit Unctionis & formæ, sicuti meminit materiæ & formæ Baptismi, Eucharistiæ & Pœnitentiæ?

Maximè cum potuerit esse ratio iustificandi, S. Aug. 1.

Respondeo citò: Quis Consiliarius Dei fuit? Consilium Dei velle nosse, inquit D. Aug. lib. 2. oper. imperf. c. 142. multorum est: nosse autem vel paucissimorum hominum, vel omnino nullorum. Fortassis ne omnia mysteria fidei nostræ, maximè non necessaria ad salutem, infidelibus proderentur, ac risui exponerentur: tum etiam quia voluit Deus exercere humilitatem & fidem nostram, per quam Ecclesiæ nos submitteremus.

Exercitium videlicet humilitatis & fidei nostræ, Idem.

Eleganter D. Aug. lib. 1. de Consensu Euang. cap. ultimo: Quiddam enim ille (Christus) deus factus & dictus nos legere voluit (adde de factis & dictis Apostolorum) hoc scribendum illis (Apostolis & Evangelistis) tanquam suis manibus imperavit. Alia non legi in divinis litteris, sed ab Ecclesia accipi voluit: quæ tamen etiam suo modo in sacra Scriptura continentur; non quidem in particulari, sed in universali; quatenus Evangelium nos monet, ut in rebus dubijs Ecclesiam consulamus, ac audiamus.

139. Vel multas res per compendium perititandi, Idem.

Superfedeo Scripturæ valdè familiare esse, res multas conjungi solitas per compendium perstringere. Sic Act. 8. & 19. dicit Lucas Apostolos baptizasse in nomine Christi, relinquens nobis, secundum multorum sententiam, alias personas subintelligendas.

Idem.

Similiter Act. 8. Spado ille (D. Augustinum auditis lib. de fide & operibus c. 9.) quem Philippus baptizavit, nihil plus dixit quam, Credo filium Dei esse Jesum Christum, & in hac professione continuò baptizatus est. Num ergo placet ut hoc solum homines respondeant, & continuò baptizentur: nihil de Spiritu sancto, nihil de sancta Ecclesia, nihil de remissione peccatorum, nihil de resurrectione mortuorum; postremò de ipso Iesu Christo nihil, nisi quia Filius Dei est, non de incarnatione eius ex Virgine, de passione &c. aliquid dicendum est catechizanti, ac prestendum credenti?

U. alibi facit, Idem.

Sed quid ad hæc Aug. si, inquit, Scriptura tacuit, atque intelligenda admisit cetera; quæ cum illo Spadone baptizando Philippus egit, atque in eo quod ait: Baptizavit eum Philippus, intelligi voluit impleri omnia, quæ licet taceantur in Scripturis gratiâ brevitatis, tamen serie traditionis scimus implenda: pari modo etiam in eo quod scripserim est, evangelizasse Philippum spadam Dominum, nullo modo dubi-

Teste S. Augustino.

randum est, & illa in catechismo dicta esse, quæ ad vitam morales, pertinent eius, qui credit in Dominum Iesum.

Quidni igitur sub manuum impositione, quam solam brevitatis gratiâ Lucas expressit, intelligamus cætera; unctionem scilicet Chrismatis; & certam verborum formam; ad eoque Sacramentum Confirmationis, quod hodiè in Ecclesia ministratur, & in ultima cœna præsentibus Apostolis à Christo fuerat institutum?

Quidni ergo sub manuum impositione reliqua comprehendat?

Respondes obitare auctoritatem Ecclesiæ superiùs adductam; sic quippe Confirmatio non esset distincta ab illa manuum impositione, contrarium asserentibus Innoc. III. & Eug. IV. Atque hoc argumentum efficacissimum est, inquit Pontius supra n. 10. Intellige negativè, quia nullum efficacius; sed neque hoc ipsum efficax esse ostendo hæc solutione.

Obstat, inquit, Ecclesiæ auctoritas superius adducta.

Suppono Pontifices præmemoratos nihil definire circa præsentem controversiam, sed tantùm obiter ea dicere ad rem explicandam. Et quam quæro rem? Ceremoniam arbitror seu signum sensibile, quo confertur in Ecclesia Christi Spiritus sanctus ad augmentum & robur.

140.

Hoc obitaculum solvit auctoritas.

Et quidem unctionem Chrismatis, omnibus manifestam, Pontifices non poterant ignorare; manuum autem impositionem de qua loquitur Scriptura Act. 8. & 19. & quæ fuerant Apostoli usi ad conferendum Spiritum sanctum; cum multiplex esse possit, neque Evangelista Lucas exprimat, quæ aut qualis fuerit, ne fortè aliquis existimaret ritum distinctum à moderno Sacramento Confirmationis, Per frontis (inquit Innoc.) chrismationem manuum impositio designatur; hoc est, frontis chrismatio est illa ceremonia, quam Spiritus Sanctus per Evangelistam voluit nobis significare per Manuum impositionem.

Unde continuò Subdit: Quæ alio nomine dicitur Confirmatio, quasi diceret: Illa frontis chrismatio, quæ in Actibus Apostolorum appellatur manuum impositio, nunc communi vocabulo dicitur Confirmatio, ab effectu scilicet; Quia per eam Spiritus sanctus ad augmentum datur & robor, ut ibidem Pontifex loquitur.

An hæc ridicula solutio, ut eam appellat Pontius supra? Sed quare? quia inter signans (inquit) & signatum diversitas intercedat necesse est; frontis chrismatio designat manuum impositionem: ergo non est manuum impositio. Neque Innoc. intelligi potest loqui de nominibus tantùm, quia unum nomen istorum non significat aliud nomen; loquitur ergo de rebus ipsis.

141. Quæ solutio non est ridicula dicenda.

Quis

Quis dubitat? sed non de rebus tantum, quin potius de nominibus ut rerum significativis: non eo sensu, quem falsò sibi imaginatur Pontius, quasi ly *Frontis chrismatio*, significaret vocem, *Manus impositio*, aut, *Confirmatio*; sed hoc intellectu, quòd vox *Frontis chrismatio* eandem significet rem, quam olim significabat ly *Manus impositio*, & nunc repræsentat ly *Confirmatio*. Ex quo patet diversitas inter signum & significatum, quam Pontius, insulse ridendo, ipse magis dignus risu, non satis animadvertit.

Quamvis nec ipsa res illis nominibus significata planè eadem sint; quippe *Manus impositio* in principio Ecclesiæ significabat unctioem Chrismatis cum visibili descensu Spiritus sancti per donum prophetiæ & linguarum; nunc autem *frontis chrismatio*, aut, *Confirmatio* solum repræsentat unctioem Chrismatis cum certa verborum forma, & effectu invisibili Spiritus sancti per gratiam internam iustificantem.

Quæ diversitas, partim nominis, partim rei significata; abundè sufficit, ut *Frontis chrismatio* rectè dicatur designare, seu repræsentare *Manus impositionem*: sicuti Episcopatus designat seu repræsentat Apostolatatum, quamvis Apostolatus fuerit verus Episcopatus, cum aliqua tamen speciali prerogativa universalitatis jurisdictionis.

Et sicuti Episcopi à Florentino supra dicuntur tenere vicem Apostolorum, licet Apostoli fuerint veri Episcopi, ita sine omni impropriate verborum affirmare potuit Eugenius: *Locò manus impositionis datur in Ecclesia Confirmatio*; veluti si diceret: *Locò Apostolorum dantur in Ecclesia Episcopi*, nemo dubitaret, quin hæc locutio esset propria & vera, & tamen quis indè legitime inferret; Ergo Apostoli non fuerunt veri Episcopi? Ergo similiter ex hoc antecedente: *Locò manus impositionis datur in Ecclesia Confirmatio*, inconsequenter deducitur. Ergo *manus impositio non fuit verum Sacramentum Confirmationis*.

Transcat, inquis, saltè valet hæc consequentia: Per *frontis chrismationem* manus impositio designatur, ergo manus impositio non fuit verum Sacramentum Confirmationis. Antecedens probatur ex Innoc. IV. in Epist. ad Episcopum Tusculanum Apostolicæ Sedis Legatum in regno Cypri, ibi: *Soli Episcopi consignent Chrismate &c. quoniam soli Apostoli, quorum vices gerunt Episcopi, per manus impositionem (quam Confirmatio, & frontis chrismatio repræsentat) Spiritum sanctum tribuisse leguntur*. Ergo Confirmatio repræsentat manus impositionem, non

vox vocem, sed res rem, quia videlicet illa fuit symbolum Confirmationis habens similem effectum & finem. Ita quidam Auctor.

Sed dicere debuisset; habens omnem effectum Confirmationis, & eundem finem, & aliquid ampliùs: ratione cuius amplitudinis (ut sic loquar) optimè dicitur non vox dumtaxat vocem, sed & res rem repræsentare, & manuum impositionem fuisse symbolum Confirmationis, eodem modo sicuti loquimur de Episcopo & Apostolo, Episcopatu & Apostolatu.

Ex quo etiam patet responsio ad simile argumentum ejusdem Auctoris, fundatum in verbis Florentini. Non dicit (inquit) vocatur Confirmatio, sed datur. Adeoque non solum nomen nomini, sed res rei successit, tamquam aliquid aliud symbolum externum. Fateor, sed non aliud omnimodà alietate (ut sic loquar) verum partiali tantum diversitate effectus.

Pergit Auctor: Deinde vult quòd in Ecclesia datur Confirmatio, non solum hoc ævo, sed etiam ævis superioribus post tempora Apostolorum, quorum factum opponit factò Ecclesiæ; adedque etiam verum est, quòd tempore D. Aug. v. g. loco illius manus impositionis dabatur in Ecclesia Confirmatio; atqui tunc non successerat nomen nomini (cum, uti nunc frequenter, tunc ordinariè adhuc vocaretur manus impositio) ergo sensus est quòd successerit res rei.

Transcat totum. Ergo aliquando Apostoli sine Chrismate per solam manus impositionem contulerunt effectum huius Sacramenti: Nego consequentiam; quippe nunc probavimus ad illam successioem sufficere diversitatem effectus. Quam, & non aliam, agnovit D. Aug. lib. 3. de Baptismo c. 16. ubi Sacramentum Confirmationis appellat manuum impositionem dicens: *Spiritus autem sanctus, quia in sola Catholica per manus impositionem dari dicitur &c.*

Et infra assignans distinctionem inter modernam manuum impositionem, & illam, quæ viguit tempore Apostolorum inquit: *Neque enim temporalibus & sensibilibus miraculis attestantibus per manus impositionem modo datur Spiritus sanctus, sicut antè dabatur &c.*

Ex quo sic arguo contra præfatum Auctorem: D. Aug. (& plures alij Patres, ut ipse fatetur) nominat Sacramentum, quòd hodie in Ecclesia administratur cum unctioem Chrismatis. manus impositionem. Similiter Concilium Arelatense I. can. 8. ibi: *Et si perviderint in Patre, & Filio, & Spiritu sancto*

Ut fufius  
prosequitur  
auctor,

142.  
Ostendendo  
Frontis Chrismationem  
rectè repræsentare  
manus impositionem;

143.

Innoc. IV.

sancto eos baptizatos, manus eis tantum imponatur, ut accipiant Spiritum sanctum. Imo & nunc frequenter ita loquimur.

PP. & Concilia eandem esse rem, quae significatur nunc per Confirmationem, & tunc significabatur per Manuum impositionem, alioquin male usi fuissent hac voce ad significandum hodiernum Sacramentum, cum verè illud non significaret; sed rem seu ritum omnino distinctum.

Ergo censuerunt illi Patres & Concilia eandem esse rem, quae significatur nunc per Confirmationem, & tunc significabatur per Manuum impositionem, alioquin male usi fuissent hac voce ad significandum hodiernum Sacramentum, cum verè illud non significaret; sed rem seu ritum omnino distinctum.

Respondet, parum curandum de vocabulo, quando sensus est in tuto. Contra, disputatur, quis sit sensus PP. ergo non est in tuto.

Respondet Secundò, & meliùs, nomen istud ejusdem esse effectus significativum, & (ut infra dicam) fortè idem fuisse formale signum manuum impositio & frontis chrismatio, quamvis materialiter diversum. Sicut (inquit Pontius supra n. 18.) Baptismus appellatur Circumcisio à Paulo ad Coloss. 1. & ad Rom. 6. Credo voluisse dicere: ad Coloss. 2. & ad Rom. 15. nam ad Coloss. 1. & ad Rom. 6. nihil tale reperio.

146. Interim argumentor Secundò; juxta Pontium (quem sequitur ille Auctor) Apostoli non semper usi fuerunt nudà manuim impositione, ut constat ex Dionysio Areopagita, qui vixit temporibus Apostolorum, & unguenti seu chrismatis meminit, ut supra vidimus: prout etiam ex Fabiano Epistola 2. ubi ait: *Ista* (ulium videlicet chrismatis, & ejus quotannis renovationem) à sanctis Apostolis, & successoribus eorum accepimus, vobisq. tenenda mandamus.

S. Dionysius.

Fabianus.

Ergo res non successit rei; quoniam non succeditur propriè nisi præcedenti, simul autem fuerunt in Ecclesia Dei & nudà manuim impositio, & chrismatio. Et quis scit an Apostoli non priùs usi fuerint chrismatione, quam nudà manuim impositione? Nam quòd aliqui dicunt Scripturam non facere mentionem unktionis, ad hoc jam responsum est.

Imò non scitur an Apostoli non priùs usi fuerint Chrismatione quam nudà manuim impositione.

147.

Si opponas: ergo Scriptura tacuit quod præcipuum erat, & illud tantum expressit, quod ad collationem Spiritus sancti nullo modo concurrebat, sed commoditatis gratià comitabatur, cum suffecisset digito frontem tangere.

Respondeo; suffecisset planè. An fortè alicui revelatum fuit, Apostolos integras manus capitibus fidelium imposuisse; & non potiùs rogati ut manus imponebant, levi tactu pollicis frontem unxisse? Enimvero Christus Marc. 7. vers. 32. rogatus ut manum imponeret surdo, & muto: *Misit digitos suos in auriculas eius,*

Imò nullibi revelatum Apostolos non unxisse frontem tactu pollicis.

Mar. 7.

& expuens tergit linguam eius v. 33.

Non igitur tacuit Scriptura, quod præcipuum erat; sed expressit manuum impositionem, quæ tunc temporis, quando Lucas scripsit Acta Apostolorum erat in usu, quam non dubito fuisse unktionem frontis cum chrismate. Non enim verisimile est usque ad ea tempora, saltem non constat, tam diu mansisse donum linguarum, quò cessante docet Pontius & alij Apostolos confirmasse cum Chrismate.

Optima, inquis, responsio; ex qua tamen manifestè sequitur primum locum in Ecclesia obtinuisse nudam manuim impositionem; deinde successisse chrismationem frontis; juxta illud Innoc. III. supra: *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum; cuius adventus per unktionis ministerium designatur.*

148.

Respondeo Pontificem loqui de adventu Spiritus sancti per internum augmentum gratiæ sanctificantis, & robur auxiliorum actualium ad resistendum tentationibus fidei; nam donum prophetiæ & linguarum hodie fidelibus per hoc Sacramentum non conceditur: ergo etiam non significatur sive designatur, quippe Sacramentum est signum efficax.

Neque ex Innoc. III. colligitur primum locum in Ecclesia obtinuisse manus impositionem.

Sanè visibilis descensus Spiritus sancti super confirmatos, & donum linguarum non tam signum, quam signatum fuerunt, hoc est, effectus Sacramenti; quem proinde bene dixit Pontifex designari per Unktionis ministerium, hoc est, Sacramentum Confirmationis, scilicet pro illo tempore, quò talis effectus mansit. Quis enim hodie ex visione unktionis chrismatis in fronte, vel leviter suspicare potest visibilem descensum Spiritus sancti per donum prophetiæ & linguarum? Vel quis audeat dicere Unktionem istam ad hunc descensum perpetuò significandum à Christo esse institutam? Si quidem quod Sacramenta significant, id efficiunt, ut dictum est.

Pontifex ergo illis verbis non aliud intendit, quam Unktionis ministerium designare, sive nobis representare illum ritum, quò olim Apostoli significabant, & conferebant, non solum invisibiliter, sed etiam visibiliter Spiritum sanctum, sive ille ritus fuerit idem, sive diversus, de quo ibi Innoc. non disputat.

Quin magis inclinari videtur in identitatem substantiæ, ubi dicit: *Hanc* (frontis chrismationem) *non nisi summus Sacerdos, id est, Episcopus debet conferre.* Rationem subdit: *Quia de solis Apostolis legitur (quorum Vicarij sunt Episcopi) quòd per manus impositionem Spiritum sanctum dabant.*

149. Imò potius oppositum.

M m m

Eisdem



Juncta au-  
thoritate  
Eugenij IV.

Eisdem ferè verbis utitur Eugen. IV. in Concil. Florent. Et cum ceteras, inquit, unctiones simplex Sacerdos valeat exhibere, hanc (Confirmatoriam) non nisi Episcopus debet conferre: quia de solis Apostoli legitur (quorum vicem tenent Episcopi) quod per manus impositionem Spiritum sanctum dabant.

Sed quæ consequentia; soli Apostoli per manus impositionem dabant Spiritum sanctum; ergo soli Episcopi debent conferre frontis chrismationem, si manus impositio, & frontis chrismatio sint ritus à parte rei distincti?

Respondent Adversarij, collectionem fieri ex identitate finis, & effectus, medij extraordinarij & ordinarij: quasi dicerent Pontifices: utraque actio ordinabatur ad eundem effectum, scilicet ad robur Spiritus sancti: quare si soli Apostoli eum conferebant per speciale privilegium sine unctione, etiam soli Episcopi debent esse ministri unctionis ordinariæ: sicuti, si Apostoli ex privilegio ordinassent Episcopos sine materia & forma ordinariæ; adhuc rectè inferretur, solos Episcopos esse ordinarios ministros Ordinationis; quia soli Apostoli contulerunt Ordinationem, et si per speciale privilegium contulissent sine ordinaria materia & forma. Ita præfatus Auctor, & Pontius supra c. 6. n. 16.

150.  
Quæ non bene explicatur de identitate finis & effectus, medij extraordinarij & ordinarij.

Inquiro ab illis: rectène sequitur; Christus concessit privilegium solis Apostolis baptizandi in nomine solius Christi; ergo non nisi Episcopus potest baptizare in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti? Item: Christus, ponamus, voluit Apostolos validè baptizare in aqua rosacea, aut remittere peccata sine pravâ confessione; ergo solus Episcopus potest baptizare in aqua naturali, & absolvere à peccatis legitime confessis?

Profectò, secundùm probabilem multorum sententiam, Christus ipse per extraordinariam potestatem absolvit paraliticum à peccatis suis Math. 9. v. 3 per hæc verba: Remittuntur tibi peccata tua; ergo solus Pontifex, qui est Vicarius Christi, potest ministrare ordinarium Sacramentum Penitentia. Quis sic argumentatur?

Cum sit dignius ministerium conferre gratiam medio extraordinario, quàm communi.

Revera ipsa ratio naturalis videtur requirere majorem potestatem, sive ministerium altioris dignitatis ad conferendam gratiam medio extraordinario, quàm communi, sine Sacramento, quàm cum Sacramento. Quomodo ergo bene concluditur; soli Apostoli sine Sacramento (ut Pontio placet, quamvis alijs, & meritò, displiceat) aut certè per ritum extraordinarium & non communem contulerunt Spiritum sanctum;

ergo soli Episcopi, qui sunt eorum Vicarij, possunt illum conferre medio Sacramento ordinario, ad hoc à Christo instituto?

Si respondeant, non legitur ullum alium præter Apostolos dedisse Spiritum Sanctum. Interrogo, ubi legitur Apostolos dedisse Spiritum sanctum per manuum impositionem, nisi in Actibus Apostolorum? Unde constat alios discipulos non dedisse per chrismationem sine descensu visibili Spiritus sancti? Scriptura, inquit, non meminit. Sed teste Pontio supra n. 7. argumentum à Scriptura negativè, non est efficax. Sacra namque Scriptura non est sola fidei regula, neque omnia litteraliter continetur in ea, quæ ad fidem spectant.

Taceo identitatem effectus, quæ falsò allegatur; licet enim principalis effectus fuerit unus, secundarius tamen diversus sive alius, scilicet visibilis descensus Spiritus sancti per donum prophetiæ, & linguarum. Porro ex identitate partialis effectus non rectè colligitur identitas ministri: quippe omnes passim in veteri lege erant ordinarij ministri Circumcisionis, cum tamen solus Sacerdos sit minister ordinarius Baptismi. Adde omnium Sacramentorum principalem effectum esse gratiam sanctificantem, non tamen ideo omnium unus & idem minister.

Vides quàm sit inefficax hæc consequentia: Manuum impositio & frontis chrismatio (signa materialiter secundùm Adversarios prorsus distincta) habent eundem effectum principalem; ergo eundem ministerium? Quin imò, etiam in nostra sententia id est, supposità identitate signi materialis, non omnino convincitur unitas ministri: potuit enim Christus requirere majorem dignitatem in ministro Confirmationis per visibilem descensum Spiritus sancti miraculosum ac extraordinarium, quàm in ministro Confirmationis per metam internam gratiam.

Imò sic factum videtur; quoniam non legitur ullus Episcopus tempore Apostolorum ita confirmasse, quemadmodum leguntur Apostoli, qui omnes erant Episcopi universales (esto quasi extraordinarij, & delegati, solo Petro excepto) dedisse Spiritum Sanctum in Actibus Apostolorum. Quare? quia Christus hoc speciale privilegium reservavit dignitati Apostolicæ.

Arguo tertio contra Pontium: Sancti Patres & Pontifices colligunt Confirmationem esse Sacramentum, quia olim per manus impositionem conferebatur Spiritus sanctus; sed quæ collectio, si ambobus non sint à parte rei idem, & quod plus est,

est, si secundum Pontium manus impositio non erat Sacramentum?

Num rectè colligitur ex facto Christi, remittentis peccata paralytico, in Ecclesia dari Sacramentum Poenitentiae? Ubi nunquam apud Patres aut Pontifices legitur talis consequentia?

Respondet Pontius constare ex illis locis Actorum, Spiritum sanctum datum ab Apostolis ad specialem effectum, idque ex infallibili promissione Christi: ergo institutum est à Christo speciale Sacramentum; quia ad speciales effectus gratiae sunt instituta à Christo specialia Sacramenta.

153. Infero: ergo etiam datur hodiè aliquod Sacramentum per quod visibiliter confertur Spiritus sanctus; quia ex illis locis Scripturae constat Spiritum sanctum visibiliter datum ad specialem effectum; neque ex facto isto Apostolorum magis convincitur infallibilis promissio invisibilis quàm visibilis descensus Spiritus sancti.

Impositio-  
nem ma-  
nuum fuisse  
Sacramen-  
tum colligi-  
mus ex in-  
fallibili  
promissione  
gratiae.

Deinde si illa manuum impositio non fuit verum Sacramentum, ubi invenitur illa infallibilis promissio gratiae sanctificantis? Nonne Christus potuit pro isto tempore velle fidelibus, adhuc parum in fide roboratis & exercitatis, conferre speciale robur, sive gratias actuales internas ad fortiter propugnandam fidem Catholicam, quae nondum erat propagata, & tamen robur illud negare fidelibus, fide jam sufficienter firmata, & per totum mandum diffusà? Quis dubitat?

S. August. Nam, ut bene notat D. August. lib. 3. de Baptismo contra Donatist. cap. 16. temporibus Apostolorum dabatur visibiliter Spiritus sanctus Ad commendationem rudis fidei, & Ecclesiae primordia dilatanda. Quidni potuisset tunc dari etiam invisibilis gratia, & temporibus sequentibus negari? Numquid fratres mei (interrogat D. Gregor. Homilia 29. in Euang.) quia ista signa (miracula) non facitis, minime creditis? Sed hac necessaria in exordio Ecclesiae fuerunt. Ut enim ad fidem cresceret multitudo credentium, miracula fuerat nutrienda.

Cùm ergo de facto in Ecclesia cesset visibilis descensus Spiritus sancti, si Manuum impositio non fuit stabiliter à Christo instituta ad speciale robur internum conferendum, quomodo efficaciter ex facto Apostolorum concluditur nostrum Sacramentum Confirmationis; maxime cùm non sit necessarium, ut infra patebit, sed per alia media possit ejus effectus obtineri?

154. Idcirco alij dicunt, & melius, impositio-

tionem istam manuum fuisse Sacramentum, prout illam expressè nominat D. August. supra, ibi: *Cum ergo sit aliud Sacramentum, quod habere etiam Simon Magus potuit &c.*

Et Eusebius Epist. 3. prope finem: *Manus, inquit, impositionis Sacramentum magna veneratione tenendum est, quod ab alijs per se non potest, nisi à summis Sacerdotibus. Nec tempore Apostolorum ab alijs, quàm ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractum esse. Nihil autem cogit nomen Sacramentum hinc late sumere pro quocumque signo rei occultae & mysticae; & non potius strictè pro signo efficaci gratiae sanctificantis.*

Nam, quod dicit Pontius, Sacramentum novae legis debere constare determinatâ materiâ & formâ, unde probatur? Nonne definitur Sacramentum in stricta significatione; sensibile signum efficax gratiae. An manuum impositio; etiam in sententia Pontij, non fuit signum sensibile? Nec forè defuit forma; quae, aut qualis Scriptura voluit latere.

Illamque  
sic nominat  
Augustinus  
sup.  
Eusebium.

Imò quidni fuerit Sacramentum Confirmationis; etsi symbolum quodammodo diversum, quod est quid materiale? Propriè quippe accipiendo Sacramentum, praecise in ratione signi significantis rem facram sanctificantem, non distinguebatur: nam significabat eandem omnino rem, scilicet gratiam; quae datur ad roborandum homines contra tentationes fidei.

Sic inter Nos & Graecos in collatione Ordinum cernitur quaedam diversitas materialis, & tamen censetur idem Sacramentum Ordinis. Quare idem Sacramentum esset; etsi solis Apostolis licuisset ordinare more Graecorum. Similiter etsi ipsi baptizaverint in nomine Jesu; equidem actio ista erat Sacramentum, & quidem Baptismi.

Atque, ut propius accedamus, Graeci in Sacramento Confirmationis, juxta superius dicta, non tantùm liniunt frontem, sed etiam alias partes; & tamen non ideo est diversum Sacramentum; etiam dato, quod omnes actiones essent sacramentales. Sic igitur licet manuum impositio fuisset signum aliquod distinctum materialiter ab unctione frontis, tamen potuit esse idem Sacramentum.

Neque ab-  
soluè est  
necessarium  
omne Sa-  
cramentum  
constare  
formâ &  
materiâ.

Unde ma-  
nuum im-  
positio tan-  
tùm fuisset  
signum ma-  
terialiter  
diversum,

Et hâc viâ efficacius ex Scriptura colligitur Sacramentum Confirmationis; item quod minister ejus sit solus Episcopus, sicut soli Apostoli erant ministri manuum impositionis, quae formaliter coincidit cum Confirmatione. Denique ostenditur congrua locutio Patrum, & Pontificum, nec non Conciliorum, quâ subinde hoc

Sacramentum appellant manuum impositionem, interdum frontis chrismationem, rursum Confirmationem, Unctionem &c. nomina quidem distincta, sed ejusdem formalis significati, scilicet sensibilis signi efficacis specialis gratia: ad fortiter pugnandum pro fide Catholica.

155. Ex his satis perspicuo Christum sic potuisse facere; porro ita fecisse, dico verum, nec ex ratione, nec ex auctoritate efficaciter ac evidenter convincitur. Unde solum potentiam asserit Doctor Subtilis 4. dist. 7. num. 3. ibi: *Ad primum istorum dicendum quod Christus non alligavit potentiam suam Sacramentis, & ideo ipse sive in terris, sive post ascensionem in celo existens potuit confirmare Apostolos sine tali materia, & tali*

*forma. Cum Apostolis etiam in primitiva Ecclesia potuit dispensare.*

Potuit, inquam; ergo dispensavit? Ab hoc Scotus praescindit, quia ad solutionem objectionis satis erat ostendisse potentiam.

Arguis, in Reportatis Lugduni impressis dicit: *Ipse dispensavit cum Apostolis ut non uterentur ipsi signis necessariis, ut Chrismate sanctificato, & ipsi verbis propter signa alia, quae tunc apparebant in collatione huius Sacramenti per impositionem manuum.*

Respondeo, in Reportatis Coloniae impressis nihil simile reperitur; adeoque auctoritas manet dubia. Factum itaque sit, an non, elige, & non errabis in fide, aut bonis moribus.

## SECTIO SECUNDA.

### De Effectu & Ministro Confirmationis.

1. Gratia sanctificans est effectus communis Sacramentorum,

**N**on disputo hic de effectu gratiae sanctificantis, qui communis est omnibus Sacramentis novae Legis; jam enim Sectione praecedenti conclusione

1. ostendimus Confirmationem esse unum ex septem Ecclesiae Catholicae Sacramentis, adeoque efficere ex opere operato gratiam justificantem, aut ejus augmentum.

Uti character aliquorum,

Præterea quoque characterem, quem fidei est imprimere, ut constat ex dictis disput. 1. sect. 4. conclus. 5. An autem character confirmatorius specie distinguitur à baptismali, an verò ipsum praesistentem intendat, sicut gratia sanctificans, quae hic infunditur, intensivè auget gratiam infusam in Baptismo; aut certe extendat, si conjecturae locus sit, sine longiori examine, quia res non meretur.

Distinguitur specie character confirmatorius à baptismali.

Dico, esse diversae speciei; tum quia Sacramentum specie diversum; tum quia significat diversum statum, in quo homo ponitur; tum denique quia character Baptismi est capacitas quaedam moralis ad reliqua Sacramenta legitime suscipienda; Confirmationis autem, quaedam potentia ad fidem fortiter propugnandam. Aliud est de gratia habituali, cum idem semper sit principalis ejus finis, ex quacumque causa proveniat, & idem effectus formalis, scilicet constituere filios Dei.

Non sic gratia sanctificans.

His ergo praetermissis pro speciali effectu Confirmationis, quem habet distinctum à cæteris omnibus Sacramentis, sit

### CONCLUSIO I.

Confirmatio confert specialia auxilia gratiae ad feliciter consummandum certamen fidei.

**C**olligitur ex Concilio Florentino in decreto Unionis ibi: *Effectus autem huius Sacramenti (Confirmationis) est, quia in eo datur Spiritus sanctus ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecostes, ut Christianus audacter Christi consiteatur nomen.*

Consimiliter Scotus 4. dist. 7. q. 1. n. 1. ibi: *Significans efficaciter ex institutione divina unctionem animae per gratiam roborantem, ad confitendum cum constantia fidem Christi.*

In quo secutus est unanimum consensus Patrum, quorum testimonia vide apud Pontium parte 3. c. 3. num. 5. quae quidem non faciunt expressam mentionem confessionis fidei Christi; ea tamen sic intellexit Concilium Florentinum supra, adferens pro exemplo, & simul probatione, Confirmationem extraordinariam Apostolorum in die Pentecostes, promissam his verbis Act. 1. v. 8. *Accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudaea, & Samaria, & usque ad ultimum terrae: utique, si opus fuerit, pro meo nomine atque mea doctrina etiam sanguinem vestrum*

vestrum effundendo. Quod ip'o facto Apostoli comprobantur.

Quemadmodum ergo principalis effectus visibilis descensus Spiritus sancti in Apostolos, non fuit donum linguarum, aut prophetiae, sed principales effectus fuerunt augmentum internae gratiae, & specialis fortitudo ad Christi nomen propagandum, & constanter profutendum coram Regibus & Praesidibus; pari quoque ratione principalis effectus Sacramenti Confirmationis non fuit donum linguarum, aut prophetiae, in primitiva Ecclesia fidelibus extraordinarie collatum (constat enim de facto amplius non dari, potiusque fuisse ad utilitatem aliorum, quam ipsorum Confirmatorum, ut non sit verisimile, propter hunc solum effectum Apostolos tantam sollicitudine fideles confirmasse) sed praecipui effectus fuerunt augmentum internae gratiae sanctificantis, & speciale robur, id est, gratiae actuales seu auxilia gratiae, non ita ad superandas quotidianas diaboli tentationes sive interiores, sive exteriores, quam bene ad protestandam fidem, eamque defendendam contra persecutores Ecclesiae, & eius impugnatores.

Sanè cum tota vita hominis sit militia super terram, & diabolus quasi semper circumbeat tamquam leo rugiens quarens quem devoret, necessarium planè fuit, ut per quotidiana bona opera, possent fideles impetrare auxilia gratiae continuo necessaria ad resistendum diabolicis suggestionibus. Quis enim firmiter credat Sacramentum Confirmationis, quod unicum est in singulis, conferre gratias actuales ad superandas tam multiplices tentationes, quibus vita hominis communiter exposita est?

Sicut igitur (Verba sunt Doctoris Angelici 3. parte q. 72. a. 5. in responsione ad 2.) baptizatus accipit potestatem spiritualem ad protestandam fidem per susceptionem aliorum Sacramentorum: ita confirmatus accipit potestatem publicè fidem Christi verbis profitendi quasi ex officio.

Ex quo patet quàm oppositè SS. Patres ubique nominent Confirmationem perfectionem Baptismi, sive consummationem. Clemens Romanus lib. 3. Constit. Apostolicarum c. 17. Vnguentum, inquit, est confirmatio professionis. Et Epist. 4. ait: Quum autem regeneratus fuerit (homo) per aquam, & postmodum sepius Spiritus gratia ab Episcopo confirmatus, quia aliter perfectus esse Christianus nequaquam poterit, nec sedem habere inter perfectos.

Quippe parum est, ne dicam nihil, interius credere, & fidem in Baptismate profi-

teri coram Ecclesia, nisi & illam coram Tyranno ubi opus fuerit aucter confiteamur. Ille autem perfectus sit Christianus, qui corde credit ad iustitiam, & ore confitetur coram Deo, Angelis, & hominibus bonis & malis, etiam cum effusione sanguinis, ad aeternam salutem.

Rogas: an ergo effectus Sacramenti Confirmationis sit perfectior effectu Baptismi? Partem affirmativam videtur docere D. Thomas supra art. 11. sub his verbis: Ad 3. dicendum quod sicut Rabanus dicit in lib. de institutione Clericorum: Signatur baptizatus Chrismate in summitate capitis per Sacerdotem, per Pontificem verò in fronte: ut in priori unctio- ne significetur super ipsum Spiritus sancti descensio ad habitationem Deo consecrandam: in secunda quoque ut ei ydem Spiritus sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis & scientiae & virtutis venire in hominem declaretur. Non ergo propter digniorem partem (id est frontem) sed propter potiorem effectum, hac unctio Episcopis reservatur.

Hunc potiorem effectum significant sancti Patres, quando, sicut statim dixi, appellant Confirmationem perfectionem & consummationem Baptismi: Ipsa enim, inquit Fabianus Epist. 2. lavatio pedum nostrum Baptismum significat, quando sancti Chrismatis unctio perficitur atque confirmatur.

Et D. Ambr. lib. 3. de Sacramentis c. 2. Post fontem superest ut perfectio fiat quando ad invocationem Sacerdotis (id est, Episcopi) Spiritus sanctus infunditur, Spiritus sapientiae & intellectus, Spiritus consilii atque virtutis, Spiritus cognitionis atque pietatis, Spiritus sancti timoris.

Accedant testimonia Urbani & Melchiadis Pontificum. Primus Epistola 1. c. 7. (& refertur de Consecratione dist. 5. c. 1.) sic scribit: Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post Baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inveniantur: quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur.

Posterior verò Epistola ad omnes Hispaniae Episcopos, rogatus, utrum majus esset Sacramentum manus impositio Episcoporum, aut Baptismus: Respondet: Scitote utrumque magnum esse Sacramentum. Et sicut unum (id est, Sacramentum Confirmationis) à maioribus sit, id est, à summis Pontificibus, quod à minoribus perfici non potest, ita & maiori veneratione venerandum & renerandum est.

Et infra agens de effectu hujus Sacramenti, sic ait (refertur de Consecr. Dist. 5. c. 2.) Ergo Spiritus sanctus, qui super aquas

M m 3 Baptismi

3. Quemadmodum Apostoli specialiter fuerunt roborati ad Christi nomen profutendum,

4.

Quia perfectior effectus illius, quam hujus secundum D. Thomam

Uti significare videntur SS. Patres.

Fabianus Epist. 2.

Ambrosius,

Urbanus, Et Melchias des.

Sic confirmatus accipit potestatem publicè fidem Christi profitendi;

Ob quam causam confirmatio nominatur baptisimi perfectio; Clem. Rom.

Baptismi salutifero descendit illapsu in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum prestat ad gratiam. Et quia in hoc mundo (nota quæ sequuntur) tota astate virtutis inter invisibiles hostes & pericula gradiendum est, in Baptismo regeneramur ad vitam, post Baptismum confirmamur ad pugnam: in Baptismo abluimur, post Baptismum roboramur.

At si continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, virtutis tamen necessaria sunt Confirmationis auxilia. Regeneratio per se salvat, mox in pace beati sæculi recipiendos. Confirmatio autem armat & instruit ad agones mundi huius & prælia referendos. Qui autem post Baptismum, cum acquisita innocentia, immaculatus pervenit ad mortem, confirmatur morte, quia non potest peccare post mortem. Hucusque Melchisedes.

5.

Dixi autem, Nota quæ sequuntur; quia in illis verbis videtur Pontifex docere, Sacramentum Confirmationis conferre auxilia gratiæ ad resistendum & superandum omnes tentationes huius vitæ, tam visibiles, quàm invisibiles, cujus tamen contrarium innuavimus paulò superius ex Pontio parte 3. c. 3. n. 6.

Qui videtur docere Confirmationem conferre auxilia ad superandas omnes tentationes;

Et verò quemadmodum Baptismus, quamvis unicus in singulis, confert tamen gratias actuales ad observandam non solum legem fidei, sed universam legem Christi, cujus hominem constituit debitorem pro toto tempore vitæ suæ; quidni etiam paritate Confirmatione tribuat auxilia gratiæ non solum ad fortiter defendendam fidem, sed etiam ad constanter toto tempore vitæ præsentis profitendam ac observandam universam legem Christi? Non video quomodo efficaciter possit improbari.

Specialiter ad evincendas tentationes fidei.

Nihilominus sicuti Baptismus specialius dicitur professio fidei, quàm cæterorum mandatorum, & ideo fortassis confert plura & specialiora auxilia ad ejus observantiam, sic quoque non incongruè quispiam dixerit, Confirmationem tribuere quidem gratias actuales ad superandas quascumque tentationes; specialiora tamen & plura ad evincendas tentationes fidei, præsertim coram Tyranno, ubi vel moriendum est, vel fides exterius abneganda.

6. Secus.

Redeo ad propositam questionem, & pro resolutione adverto ex Scoto 4. dist. 7. q. 3. Quando aliquid includit, vel præsupponit aliud, illa possunt comparari, vel secundum illud, quod præcisè pertinet ad utrumque, vel secundum illud, quod secundum ponit præsupposito primo. Et quidem secunda comparatio non est per se, quia sic universaliter secundum excedit primum, sicut duo bona excedunt alterum eorum. Sed prima est per se: quia est secundum præcisas

rationes comparatorum. Hoc supposito,

Respondeo cum Scoto; secundum primam comparationem, Baptismus est simpliciter nobilitus Sacramentum, loquendo de nobilitate Sacramenti penes finem principale Sacramenti, qui est collatio gratiæ: nam ad maiorem gratiam & plures effectus simpliciter nobilitas confertur Baptismus, quam Confirmatio: Puta ad susceptionem aliorum Sacramentorum, & deletionem omnis culpæ & peccati; estque prima acceptatio hominis in gratiam & amicitiam Dei quam decet esse copiosioris gratiæ, quàm sint dona subsequenti.

Baptismus secundum Scoto est simpliciter nobilitus Sacramentum

Baptismus nobilitus Sacramenti

Quod non obscure indicavit Paulus ad Heb. 10. v. 26. dicens: Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, id est, post acceptam gratiam Baptismi, iam non relinquitur pro peccatis hostia, scilicet tam conciliativa gratiæ & amicitie Dei.

Appositi D. Bonav. 4. dist. 7. a. 2. q. 3. ubi tenet nostram sententiam: Vivificare, inquit, mortuum maior gratia est & potentia, quàm iam vivificatum sanare, vel fortificare præcisè loquendo. Enimverò plus substantiæ acquiri generatione, cui assimilatur Baptismus, quàm unice accretione, cui comparatur Confirmatio, quis audeat negare?

Loquendo tamen (inquit Doctor Subtilis supra) secundum aliam (id est, secundam) comparationem, Confirmatio multum addit Baptismo. Multum, inquam, per omnem modum: quoniam novissime à Summo Sacerdote (ut ex Rabano de instit. Cleric. lib. 1. c. 30. refertur de Consec. dist. 5. c. 5. per impositionem manis Paracletus traditur baptizato, ut roboretur per Spiritum sanctum ad prædicandum alijs idem donum, quod ipse in Baptismate consecutus est per gratiam vitæ donatus eternæ. Signatur enim baptizatus cum Chrismate per Sacerdotem in capitis summitate; per Pontificem verò in fronte, ut in priore unitione significetur Spiritus sancti super ipsum descensio ad habitationem Deo consecrandam; in secunda quoque ut eiusdem Spiritus sancti sepefermat gratia cum omni plenitudine sanctitatis & scientiæ & virtutis venire in hominem declaretur.

Allego meo finem Confirmationis in actu peccati ut peccatoris in bono cap. 1. q. 1.

Explico; supposita gratiâ Spiritus sancti, quam Baptismus contulit, si ad eam accedat gratia Confirmationis, jam exiit quædam plenitudo gratiæ; quamvis hic posterior gradus in se sit imperfectior quàm ille: sicut si ad duos gradus caloris accedat tertius, erit perfectior calor totalis, qui ex illis tribus gradibus coalescit, quamvis sit imperfectior priore calore ut duo, ut nunc ex veriori Philosophia suppono. Unde,

Unde, quod bene notandum est, sancti Patres non vocant Confirmationem, Sacramentum perfectius Baptismo, sed vocant, perfectionem Baptismi: perfectionem inquam, accedentem perfectioni Baptismi; quo utique accessu censetur homo fieri plenus & perfectus Christianus; quamquam non sic, quin gratia & perfectio debeat semper usque in finem perfici & magis augeri tum per bona opera, tum per alia Sacramenta, signanter Eucharistiam.

Unde vocatur perfectio Baptismi,

8. Et per illam dicitur dari Spiritus sancti;

Dices; quorsum ergo specialiter dicitur in hoc Sacramento conferri Spiritus sanctus? Respondeo: quia antiquitus dabatur cum visibili defensu Spiritus sancti, & quia in eo datur plenitudo Spiritus sancti secundum jam dicta.

Et majori dicitur veneratione tenenda

Interrogas rursus; quare igitur Melchisedes Papa asserit hoc Sacramentum majori veneratione venerandum & tenendum esse? Respondeo continuo, non propter abundantioris gratiam, sed quia a maioribus fit, id est, a summis Pontificibus, quod a minoribus perfici non potest, ut ibidem loquitur Pontifex: id est, propter digniorem ministrum; vel etiam propter digniorem materiam ab Episcopo consecratam.

Propter digniorem ministrum,

Num ideo Confirmatio simpliciter nobilior? Negat Scotus supra, illico subjungens suae resolutioni: Potest etiam dici secundum quid Confirmatio nobilior, ratione ministri (addo ego & ratione materiae) quia a nobiliori ministro (& in nobiliori materia) confertur. Sed non est hoc simpliciter propter eius nobilitatem, sed propter Baptismi maiorem necessitatem.

Scotus.

Non ideo Confirmatio nobilior simpliciter Baptismos

Alioquin etiam esset nobilior Eucharistia, quod tamen a multis negatur. Immo, si sufficeret nobilior materia non tantum Confirmatio, sed etiam Extrema Unctio, utpote quae fit ex materia benedicta per Episcopum, videri posset simpliciter nobilior Eucharistia, quod hactenus nemo docuit.

9. Quia dignitas simpliciter ex officio sacramentali

Itaque dignitas simpliciter Sacramenti videtur desumenda ex fine seu effectu Sacramentali, qui est gratia: cujus ratio est, quia formalis ratio Sacramenti in ratione signi practici consistit; signi vero practici dignitas desumitur ex signato, seu significato quod fit per tale signum.

Sicuti dignitas signi ex signato,

Interim, ut dixi disp. 1. sect. 4. Concl. 3. major aut minor abundantia gratiae in hoc vel illo Sacramento planè est incerta, cum non nitatur nisi probabili conjectura. Certum autem est quod Scotus verbis ultimo citatis attexit: *Iste* (scilicet Baptismus) *pluribus ministris conceditur, ista* (scilicet Confirmatio) *non nisi specialibus.* Si autem à me

quaeritur, qui sint illi speciales ministri Sacramenti Confirmationis; Respondeo:

## CONCLUSIO II.

Ordinarius minister Confirmationis est omnis, & solus Episcopus legitime consecratus

Voco ministrum ordinarium, cui de jure divino, hoc est, institutione Christi primò & per se convenit valide ministrare, ita ut non egeat alterius consensu aut commissione. Hunc esse Episcopum nemo Catholicorum dubitat, utpote expressè definitum ab Eugenio IV. in Concilio Florentino his verbis: *Ordinarius minister* (Sacramenti Confirmationis) *est Episcopus;* Cumque non sit major ratio de uno, quam de alio, omnis, ut habet Conclusio.

IO. Quis dicitur Ordinarius.

Confirmatio ordinarius minister

Est omnis Episcopus.

Quòd etiam solus, ibidem docet Concilium, exemplo subjungens: *Et cum ceteras unctiones simplex Sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi Episcopus debet conferre.*

II. Iste solus secundum Florentiam,

Quæris ubi scriptum sit? *Quia*, inquit Pontifex, *de solis Apostolis legitur* (quorum vicem tenent Episcopi) *quod per manus impositionem Spiritum sanctum dabant.* Loco autem illius manus impositionis datur in Ecclesia Confirmatio.

Fe Trid. can. 3.

Eidem veritati subscribit Concilium Tridentinum sess. 7. de hoc Sacramento can. 3. *Si quis dixerit sancta Confirmationis ordinarius minister non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem; anathema sit.*

Idemque ante Concil. Florentinum restatum reliquit Innoc. III. isdem fere verbis c. unico extra de Sacra unctione §. *Per frontis chrismationem ibi: Unde cum ceteras unctiones simplex Sacerdos vel Presbyter valeat exhibere, hanc* (Confirmatoriam) *non nisi summus Sacerdos, id est, Episcopus debet conferre: quia de solis Apostolis legitur* (quorum vicarij sunt Episcopi) *quod per manus impositionem Spiritum sanctum dabant: quemadmodum Actuum Apostolorum legitio manifestat.* Cum audissent, inquit, Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia receperat Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem: qui cum venissent oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum sanctum, nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu: tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Plura testimonia in progressu.

Et Innocentij III. cap. unico extra de Sacra unctione.

Ad. 2. v. 14.

Ratio

12.  
Ratio à  
priori est  
voluntas  
Christi.

Ratio à priori est voluntas Christi. Congruentia, quia per hoc Sacramentum adscribuntur fideles militiæ Christi. Porro Episcopi duces sunt, ad quos spectat militum conscriptio. Deinde, ut vidimus Conclusionem præcedenti, hoc Sacramentum confert gratiæ perfectionem & plenitudinem Spiritus sancti, & ideo conveniens fuit, ut à perfectioribus in Ecclesiastica Hierarchy administraretur.

13.  
Non solum  
ad licitè  
confirmandum,

Sed dicit aliquis, esto solus Episcopus fit minister licitus; unde convincitur simplicem Sacerdotem non posse sine licentia validè confirmare? Sic quippe solus Sacerdos est minister ordinarius Baptismi, tamen Diaconus, etiam contradicente Sacerdote, validè baptizat.

Possim.  
Ferrar.  
Tapperus.

Unde hanc sententiam (ut refert Pontius parte 4. c. 2. n. 2.) docuit Ferrar. 4. contra gentes c. 60. quem sequitur Tapperus art. 12. contra Lutherum; Salmeron To. 12. (qui est in Acta Apostolorum) Tract. 26. verè. *Alia sententia, & quidem probabilis.* Refertur etiam Cajetanus pro hac sententia, quia in hoc articulo, & Act. 8. dicit, Episcopum esse necessariū ministrum necessitate præcepti, non Sacramenti. Hæc Ille.

Salmeron.

Verum si proprijs oculis Auctores, quos citat, legisset, scrivisset utique, neminem ex illis, præter Salmeronem, hanc sententiam in terminis docere, immò Cajetanum & Tapperum potius oppositam.

Credo quòd etiam alienis oculis inspexerit Scorum, quem putat propendere in illam sententiam 4. dist. 7. q. 1. numerum aut paragraphum non assignat, nec ego invenio. Solum ait n. 2. *Minister est Episcopus, vel alius, cui committi poterit.* Et n. 4. occasione facti D. Gregorij (de quo infra) concedentis Presbyteris facultatem confirmandi, quatuor ponit modos dicendi sive explicandi illam facultatem, nihil tamen resolvens.

14.  
Sed etiam  
ad validè

Quidquid autem sit de mente Scorij, nostra & communis sententia est omnino certa ex antiqua & perpetua Ecclesiæ traditione, quæ absolute in solis Episcopis agnoscit potestatem validè confirmandi, potestatem, inquam, ordinariam seu ab alio independentem.

Licet enim hæc particula, *Non potest*, non semper sit expressè irritans, ut alibi ostendimus; attamen æquivaleret, & censetur habere vim particulæ expressè irritantis sive invalidantis actum, cui apponitur, quando hic pendet ex potestate concessa à Principe, vel Republica, vel ab auctoritate juris; tales actus sunt sententia, electio, alienatio bonorum communium, vel Ecclesiasti-

corum, & quælibet administratio publica, vel quæ publicâ auctoritate fit, ut est officium tutoris, seu curatoris, & similia Ita Suarez lib. 5. de Legibus c. 31. n. 14.

Rationem dat; tum quia videtur lex loqui de potestate, quam ipsa vel Princeps concedit; tum etiam quia idem, qui dat potestatem, censetur tunc ponere formam, utique substantialem; argumento legis ult. Cod. de vendendis rebus civit. lib. 1. lib. *Non aliter nisi imperiali auctoritate vendantur* &c. Ubi Barth. notat illam esse formam substantialem.

Quis adhuc ambigat dignitatem Episcopalem esse formam substantialem actus Sacramentalis Confirmationis? Planum siquidem est quòd valor Confirmationis pendeat ex potestate concessa à Principe, id est, Christo institutore Sacramentorum: certum Confirmationem esse administratorem publicam, seu quæ publicâ auctoritate fit: indubitatum ex Florent. Trident. & Innoc. III. mox allegatis, ac alijs testimonijs Patrum ac Pontificum quòd simplex Presbyter nec possit, nec debeat hoc Sacramentum administrare, nisi ex commissione Episcopi, vel Pontificis. Ergo hæc forma est substantialis, adeoque Confirmatio aliter facta invalida.

Nonne Pontifices atque Concilia sunt os, per quod loquitur Spiritus sanctus revelans voluntatem Christi circa materiam, formam, ac ministrum essentialem Sacramentorum? Ex quo autem vel unico verbo colligere possumus Florentinum magis loqui de materia & forma substantiali, quàm de ministro substantiali? An forte quia ad ministrum addit ly *Ordinarius*?

Sed eandem particulam adiecit ministro Sacramenti Ordinis dicens: *Ordinarius minister huius Sacramenti est Episcopus.* Quis inde interpretatur simplicem Sacerdotem validè conferre Ordines sine commissione Pontificis?

Additur ergo ly *Ordinarius*, ad significandum ex dispensatione rationabili aliquando simplicem Sacerdotem hoc administrasse Sacramentum, & imposterum licet, ac validè posse conferre. Hæc sunt verba Florentini: *Legitur tamen aliquando per apostolica Sedis dispensationem ex rationabili & urgente admodum causa simplicem Sacerdotem Chrismate per Episcopum confecto hoc administrasse Confirmationis Sacramentum.*

Sic etiam legitur Abbatibus concessam aliquando potestatem conferendi suis subditis tonsuram, ac minores Ordines, quin & Subdiaconatum ac Diaconatum, de quo proprio loco: & tamen propterea

nemo asserit Ordinationes secluso tali privilegio fore validas. Ergo similiter arguendum pro valore, ac invaliditate Confirmationis.

Quippe Concilium Tridentinum æqualem tribuit potestatem Episcopis confirmandi & ordinandi, ac utramque æqualiter negat simplicibus Sacerdotibus scilicet 23. c. 4. ibi: *Ac Sacramentum Confirmationis conferre, ministros Ecclesia ordinare; atque alia plerumque peragere ipsos (Episcopos) posse: quarum functionum potestatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent.* Proculdubio haberent Presbyteri aliquam potestatem, si valerent eorum Ordinationes & Confirmationes, esto forent illicita.

Citra illam circa Functiones Ordinis & Confirmationis nihil facit iuxta Trident.

16. Dices: saltem nullam haberent potestatem ordinandi aut confirmandi valide & licite, quod sufficit ad intentum Concilij. Agit enim contra hæreticos, qui omnibus Sacerdotibus concedebant potestatem valide & licite administrandi hæc Sacramenta.

Quod colligitur tam ex Tridentino,

Unde can. 7. sic ait: *Si quis dixerit Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi; vel eam quam habent (scilicet valide ac licite confirmandi & ordinandi) illis esse eam Presbyteris communem &c. anathema sit.*

Quod non debet diminui intelligi.

Respondeo; inde ad summum sequi doctrinam communem non esse fidei: ceterum nulla est ratio ita diminutæ Concilium intelligendi.

Quam ex Florentino;

Idem dicitur de verbis Concilij Florentini supra relatis: quæ sic aliqui interpretantur: *Et cum ceteras unctiones simplex Sacerdos valeat (id est, valide possit) exercere, hanc non nisi Episcopus debet (id est, valide potest) conferre.*

Hanc autem interpretationem probant; quia neque alias unctiones sine consensu Episcopi simplex Sacerdos valebat, id est, licite poterat exercere. Siquidem in Concilio Tolitano I. sub Leone I. c. 20. *Statutum est Diaconum non chrismare, sed Presbyterum absente Episcopo, presente vero non, nisi ab ipso fuerit præceptum.* Idem Leo Pontifex Epist. 88. sic ait: *Sed neque coram Episcopo licet Presbyter in Baptisterium introire, nec presente Episcopo infantem tingere aut signare.*

17. Respondent Adversarij: tempore Concilij Florent. ut simplex Sacerdos licite baptizaret; aut baptizatum Chrismate ungeret in vertice, haud necessaria erat specialis dispensatio Pontificis vel Episcopi, qualis requirebatur, ut licite conferret Sacramentum Confirmationis.

Probant ex his verbis Innocent. I. Epist. 1. cap. 3. *Nam Presbyteris, seu extra Episcopum (id est, absente Episcopo) seu presente Episcopo baptizant, Chrismate baptizatos ungeri licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum; non tamen frontem ex eodem oleo signare (supple, licet) quod solis debetur Episcopo cum tradunt Spiritum Paracletum.*

Innoc. I.

Expendit præterea Pontius num. 18. quod subdit Eugenius; aliquando ex Sedis Apostolicæ dispensatione id concessum Presbyteris ex urgenti causa: at quod ex dispensatione fit, absque ea fieri non poterat.

Non autem ex dispensatione quantum adque factas

Sed facile respondetur: non poterat licite; poterat tamen valide, argumento cap. ad Apostolicam 16. de Regul. ubi sic dicitur: *Multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent roborem firmitatem.* Porro dispensatur in lege non solum irritante, sed etiam simpliciter prohibente.

Hæc enim non solum legem irritantem, sed etiam prohibentem respicit.

18.

Hæc ergo expensio, & illa interpretatio non convincunt; sicut nec plures aliæ expensiones, quas ibidem adfert ille Auctor ex verbis diversorum Pontificum, ac Conciliorum. Equidem unam & alteram excipio, quæ inter cæteras videntur efficaciores.

Concilium Elibertinum cap. 30. nequidem in necessitate concedit Presbytero confirmare, sed solum baptizare. *Peregrè, inquit, peregrinantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit posse fidelem..... baptizare in necessitate infirmitatis positum catechumenum, ita ut si supervixerit ad Episcopum eum perducatur, ut per manus impositionem perfici possit.*

Colligitur denique ex Concilio Elibertino,

Et cap. 77. *Si quis Diaconus regens plebem sine Episcopo vel Presbytero aliquos baptizaverit, Episcopus eos per benedictionem persicere debet. Quod si antea de saculo recesserit, sub fide, quæ quis crediderit, poterit esse iustus.*

19.

Si respondeas; Confirmatio non est Sacramentum necessitatis. Contra facit, quod sit magnæ utilitatis; non est autem verisimile Ecclesiam voluisse infirmum tam generaliter privare hæc utilitate, & Sacerdotem suâ potestate, sive exercitio suæ potestatis, quam æqualiter cum Episcopo, in sententia Adversariorum, habet ex vi suæ Ordinationis. Ubi enim, & quando emanavit tam universalis ordinatio Ecclesiastica, aut ubi legitur tam universale jus divinum prohibens tantum, & non irritans?

Quod aliis non ita generaliter Sacerdotes suâ privaverunt potestatem.

Profecto Pontifices non simpliciter prohibent, sed potius eos inhabiles ex jure divino supponunt. Ac inter cæteros clarissi-

N n n

clarissi.



clarissimè Eusebius Epist. 3. circa finem  
 ibi: *Manus quoque impositionis Sacramentum,  
 magna veneratione tenendum est, quod ab  
 alijs perferri non potest, nisi à summis Sacer-  
 dotibus. Nec tempore Apostolorum ab alijs,  
 quam ab ipsis Apostolis legitur aut scitur per-  
 actum esse: neque ab alijs (sicut iam dictum est)  
 quam ab illis, qui eorum locum tenent, unquam  
 perferri potest, aut fieri debet, id est, validè,  
 aut licitè fieri potest.*

Colligo ex probatione. Nam, inquit,  
 si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur &  
 vacuum, nec inter Ecclesiastica unquam reputa-  
 bitur Sacramenta.

Et hinc Innocentius III. cap. Quanto  
 extra de Consuetud. vocat Confirmationem à  
 Præbytero collatam inanem umbram, & non  
 veritatem, ibi: *Tutius tamen est ea (Sacramenta,  
 quæ ab Apostolorum tempore fuerunt solis Pontifi-  
 cibus reservata, ut est Sacramentum Confirma-  
 tionis) sine periculo ex necessitate (quæ  
 legem non habet) omittere, quam ut ab his,  
 quibus ea conferre non licet ex temeritate  
 (quæ lege damnatur) non sine gravi periculo  
 inaniter conferantur: cum umbra quedam  
 ostendatur in opere, veritas autem non subeat in  
 effectu.*

Sed quid ad hæc Adversarij? Jura,  
 inquit, similiter loquuntur de alijs Sacra-  
 mentis, quæ tamen constat esse valida,  
 & propterea non iteranda. 1. quæst.  
 1. cap. 2. ex Gregorio lib. 7. Epist.  
 110. *Quicumque studet pretij datione  
 sacrum Ordinem mercari, dum non officium,  
 sed nomen attendit, Sacerdos non esse, sed  
 dici tantummodo inaniter concupiscit.* Et cap.  
 12. ex Gregorio Nazianzeno: *Quicumque  
 sacros Ordines vendunt, aut emunt, Sacerdotes  
 esse non possunt.*

Adde Sixtum II. Epist. 2. ibi: *Nul-  
 lus Episcopus alterius Parochianum præsumat re-  
 timere, aut ordinare absque eius voluntate, vel  
 iudicare: quia sicut in ira eius erit Ordinatio, ita  
 etiam dijudicatio. Certum tamen est Or-  
 dinationes illas valere, & solum dici irri-  
 ritas & inanes defectu gratiæ sacramen-  
 talis.*

Respondeo; diversitas petenda est ex  
 materia subjecta. Ab omnibus admitti-  
 tur, nihil aliud requiri ad valorem Sacra-  
 menti, quàm materiam, formam & mi-  
 nistrum cum debita intentione, quæ omnia  
 repetuntur, etiam secundum Adversarios,  
 in Ordinatione simoniaca, aut non subditi.  
 At verò disputatur quis sit minister validus  
 Confirmationis; ergo quando Pontifex decernit  
 Sacramentum irritum & vacuum, quod confertur à simplici

Sacerdote, rectè intelligitur absolute invali-  
 dum, & repetendum; quia à ministro in-  
 competente collatum.

Qui plura testimonia Patrum & Pontificum  
 voluerit, adeat Pontium loco citato, nobis hæc  
 sufficiunt, tum ad probationem nostræ Conclu-  
 sionis, tum ad solvendum objectiones in contrarium,  
 quarum

Prima est: Ananias Act. 9. vers. 17. imponens  
 manus Paulo dicit: *Domine misere me Iesus,  
 qui apparuit tibi in via, quæ veniebat, ut  
 videas & implearis Spiritu sancto.* Ananias  
 tamen non erat Episcopus, imò fortè neque  
 Sacerdos, sed aut Diaconus, aut laicus.

Respondeo; gratis admissio quod non  
 fuerit Episcopus; nam teste Suario disp. 36.  
 sect. 1. id hæc tunc non est satis probatum,  
 nec fortè probari potest; Respondeo; inquam,  
 illam manuum impositionem non fuisse confir-  
 matoriam, sed curatoriam; unde & facta est  
 ante Baptismum, non ut ex tunc, sive per eam  
 impletur Spiritu sancto, sed ut vilum recipere-  
 ret, & postea per Baptismum gratiam Spiritus  
 sancti.

Sequitur quippe vers. 18. *Et confessi  
 ceciderunt ab oculis eius tanquam squama, &  
 visum receperunt: & surgens baptizatus est.*  
 Confirmatur ex vers. 12. *Et vidit virum Ananiam  
 nomine introeuntem & imponentem sibi manus,  
 ut visum recipiat.*

Et verò, si visibiliter descendit Spiritus  
 sanctus in Cornelium, alioquin fideles primitivæ  
 Ecclesiæ, tam ex Gentilibus, quàm Judæis,  
 quidni etiam descenderit in Apostolum Paulum,  
 vel extraordinario modo sine Sacramento  
 Confirmationis, vel per ipsum Sacramentum  
 postea ab Apostolis collatum?

Esto tamen Ananias ipsum confirmaverit:  
 quid inde? Sacerdos erat teste D. August.  
 lib. 2. 99. Euang. qu. 40. ibi: *Ad Ananiam  
 tamen missus est (Paulus) ut ibi Sacerdotio,  
 quod in Ecclesia constitutum est, Sacramentum  
 doctrinæ fidei perciperet, & verus eius  
 approbaretur color.*

Si ergo Sacerdos ex dispensatione Pontificis,  
 ut patet ex Florentino supra, validè & licitè  
 potest confirmare, quanto magis Ananias ex  
 dispensatione Christi, quo mittebatur, cujus  
 enim est institueret ministrum, ejus quoque  
 est mutare & ministrare extraordinarie hoc  
 Sacramentum, etiam per laicum.

Secunda obiectio accipitur ex Apost. 1. ad  
 Timoth. 4. vers. 14. *Noli negligere gratiam,  
 quæ in te est, quæ data est tibi per prophetas.*

Neque Innoc. III. vocasset Confirmationem à Præbytero collatam inanem umbram, & non veritatem.

20. Replica adversarijrum;

Greg. Epist. 110.

Greg. Nazianz.

Sixtus II.

Cut. satisf. petendo div. veritatem ex materia subjecta.

21. Solvent objectiones in contrarium.

Ad quod respondet illam manuum impositionem non fuisse confirmatoriam, sed curatoriam.

Vel si quis dicit, quod Ananias non erat Episcopus, sed Diaconus, aut laicus, respondeo, quod non est satis probatum, nec fortè probari potest.

Ad quod dicitur, quod Ananias non erat Episcopus, respondeo, quod illam manuum impositionem non fuisse confirmatoriam, sed curatoriam.

22. Secunda obiectio accipitur ex Apost. 1. ad Timoth. 4. vers. 14.

Sect. 2. De Effectu & Min. Confir. Concl. 2. 467

prophetiam cum impositione manuum Presbyteri.

Respondeo textum vulgatum legere, Presbyteri, id est, chori Presbyterorum, ut prouide illis verbis Apostoli significetur Sacramentum Ordinis Episcopalis, ad quod requiruntur plures Episcopi.

Vel, si placeat prior lectio, quoniam additur, Per prophetiam, quæ olim erat specialis effectus Confirmationis seu manuum impositionis, dic nomine Presbyteri, Paulum ibi intelligere Episcopum, iuxta illud Divi Hieronymi ad Rusticum Narbonensem (si est ejus Epistola, quod plures negant) & refertur dist. 95. cap. 6. Quoniam & ipsi Presbyteri, ut legimus, Episcopi nuncupantur secundum quod scriptum est ad Episcopum: Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum Presbyteri.

Sic etiam olim, ut notat Pontius supra cap. 1. num. 6. nomen Sacerdotis specialiter accommodatum fuit Episcopis, ut passim videre est in multis Concilijs Toletanis. Et ad id probandum optimus locus est in S. Sidonio Apollinari lib. 9. Epist. 3. ad Faustum ibi: Nihil ab Abbate mutatus per Sacerdotem, id est, Episcopum. Loquebatur enim de Fausto in Episcopum assumpto ex Abbate Lyrenensi.

Ex quo dilucide patet neque Ignatium Epistola 13. dum inter munera Sacerdotis recenset manus impositionem, neque D. Ambrosii lib. 3. de Sacramentis cap. 2. ubi ait: Spirituale signaculum & septiformem Spiritum sanctum dari ad invocationem Sacerdotis, in aliquo favore simplicibus Presbyteris.

Obicitur Tertio; non solum Episcopi, sed etiam inferiores Sacerdotes succedunt Apostolis, qui & ipsi Sacerdotes fuerunt.

Responsio desumitur ex cap. 2. dist. 21. quod est Anacleti Papæ ad Episcopos Italiae Epist. 2. In novo, inquit, testamento post Christum Dominum à Petro Sacerdotatus caput ordo &c. Cateri vero Apostoli cum eodem pari consortio honorem & potestatem acceperunt, ipsi quoque Principem eorum esse voluerunt, qui etiam iubente Domino in toto orbe dispersi Euangelium predicauerunt. Ipsi quoque decedentibus in locum eorum successerunt Episcopi &c.

Et infra: Inde ab eis (Apostolis) electi sunt 72. discipuli, quarum typum gerunt Presbyteri: atque in eorum locum sunt constituti in Ecclesia. Non legitur autem aliquem discipulorum ordinari potestate confirmasse.

Sanè Sacerdotes non simpliciter succedere Apostolis inde concluditur, quia non habent omnem ordinariam potestatem, quam ipsi habuerunt, nisi etiam eos velis constituere ministros ordinarios Sacramenti Ordinis, quod nemo hætenus fecit.

Nec obstat quod perficiant baptizatum per Sacramentum Eucharistiæ: quippe unicuique mandatum est de proximo suo, ut nutriat & vivat; porro ut designetur militia, Ducis est exercitus, non cuiusvis particularis. Sed prodeat in certamen D. Hieronymus, ex quo erit.

Obiectio quarta: hic Doctor scribens contra Luciferianos ita ait: Quod si hoc loco queris, quare in Ecclesia baptizatus non nisi per manus Episcopi accipiat Spiritum sanctum, quem omnes asserimus in vero Baptismate tribui? Disce hanc observantiam ex auctoritate descendere, quæ post ascensum Domini Spiritus sanctus ad Apostolos descendit, & multis in locis idem facturatum reperitur ad honorem potius Sacerdotum, quam ad legis necessitatem. Verba sunt clara, quæ tamen, sicut plura alia, ab hæreticis in pravam sensum facile detorquentur.

Quid quæro illa verba: Non nisi per manus Episcopi accipiat Spiritum sanctum, aliud significant, quam Catholicam veritatem? Quorsum ergo addit, inquis, quem omnes asserimus in vero Baptismate tribui? An non simplex Sacerdos est ordinarius minister Baptismi? Quomodo itaque non nisi per manus Episcopi accipitur Spiritus sanctus?

Respondeo, ad augmentum & robur, hoc est, plenitudo Spiritus sancti, quam baptizatus non accipit per impositionem manuum Sacerdotis, sed solius Episcopi; licet in vero Baptismate per quemcumque ministrum tribuatur Spiritus sanctus ad innocentiam, ut loquitur Melchisedes Papa Conclusionem præcedenti citatus, id est, ad veram iustitiam seu sanctificationem.

Quomodo ergo (inquis) idem facturatum reperitur ad honorem potius Sacerdotum, quam ad legis necessitatem? Respondeo Primo; quia ex concessione Pontificis fieri potest à simplici Sacerdote, & ideo præmittitur ly Multis in locis; quia in aliquibus ex dispensatione aliter fiebat.

Respondeo Secundo, & melius; quia Confirmatio non est Sacramentum necessitatis absolute & per se; sed magis consilij, utpote magnæ utilitatis, & per accidens aliquando necessarium, ut infra patebit; & idcirco additur ly Potius. Porro

Non 2

Episco-

Dirigendo Sacerdotes non simpliciter succedere Apostolis.

25. Obiectio quarta ex D. Hieronymo.

Responsio prima.

26.

Responsio secunda & melior.

Respondeo nomine presbyteri intelligere Episcopum.

S. Hieron.

Sic olim nomen Sacerdotis accommodatum Episcopis. Pontius.

S. Sidonium Apollinari.

S. Ignatius.

S. Ambrosii.

24. Obiectio tertia.

Responsio ex Anacletio Papæ.

Episcopus, qui principale locum tenet inter Sacerdotes, honoratur cum illud Sacramentum confert baptizatis, veluti quidam dux militiae Christianae.

Hic sensus patet ex antecedentibus & consequentibus: ait enim Spiritum sanctum, id est, gratiam sanctificantem tribui in vero Baptismate, ex quo liquet Confirmationem non esse absolute necessariam.

Et ad idem intentum subjungit verbis citatis: Alioquin si ad Episcopi tantum imprecationem Spiritus sanctus ( id est, gratia sanctificans ) desinit, lugendi sunt, qui in viculis, aut in castellis, aut in remotioribus locis per Presbyteros & Diaconos baptizati, ante dormierunt, quam ab Episcopis inviserentur.

Hæ sunt objectiones pro sententia Hæreticorum.

Et hæ quidem objectiones hæreticorum, qui constituunt omnem Sacerdotem validum, & licitum ministrum hujus Sacramenti, etiam seclusa speciali commissione Episcopi, aut Pontificis. A quo errore valde distat sententia, quam circa principium Conclusionis retuli, videlicet: Presbyterum vi suæ ordinationis valide semper confirmare, illicite tamen ex jure divino, si id faciat nullo expectato consensu Episcoporum. Pro qua

17. Proponuntur objectiones pro sententia Catholicorum.

Objicitur Primò; Sacerdos habet consecrationem sufficientem ad hoc ministerium: ergo semper valet. Consequentia patet, quia ideo valet Baptismus esto illicite collatus à Sacerdote defectu jurisdictionis. Antecedens probatur ex multis Canonibus Conciliorum, & Pontificum decretis, nec non moribus Ecclesiarum, in quibus confirmarunt Presbyteri, vel absente Episcopo, vel urgente necessitate.

Prima Desumitur ex multis Canonibus Conciliorum,

Concilij Araucanicani primi,

Nam in primis Canon. 2. Concilij Araucanicani I. sic lego: Hæreticos in mortis discrimine positos, si Catholici esse desiderent, si desit Episcopus, à Presbyteris cum chrismate & benedictione consignari placet.

Secundus Canon desumitur ex Concilio Mart. Papæ, & refertur dist. 95. c. 11. Presbyter presente Episcopo non signet infantes, nisi ab Episcopo fuerit illi præceptum.

Et Toletani primi.

Idem statuitur Can. 20. Tolet. I. ibi: Statutum verò est Diaconum non chrismare, sed Presbyterum absente Episcopo, presente verò non nisi ab ipso fuerit præceptum.

Nec verò alio modo loquuntur Canones de ministro Baptismi, quem primum constituunt Episcopum, ex ejus consensu Presbyterum & Diaconum; & tamen disp. præced. sect. 5. conclus. 3. docuimus quemlibet Sacerdotem esse ministrum or-

dinarium, ita ut semper valide baptizet, etiam contradicente Episcopo, quamvis subinde illicite.

Quid dicam de Ecclesijs, in quibus vel aliquando simplices Sacerdotes confirmant, vel de facto adhuc confirmant? D. Ambrosius in cap. 4. ad Ephes. Denique, in 4. dicit, quod apud Ægyptum Presbyteri consignant, si presens non sit Episcopus.

Et D. Augustus. ( sive quis alius fuerit Auctor ) lib. qq. veteris & novi Testamenti q. 101. Nam in Alexandria, & per totam Ægyptum, si desit Episcopus, consecrat Presbyter. Conluetudinem Græcorum nemo negare potest; sed quomodo non obstat huic nostræ Conclusioni, edissero conclusione sequenti.

Modò pro expositione Canonum sedulo considera hodie in Ecclesia Catholica tres esse in usu diversissimas unctiones, prima ante Baptismum in pectore & humeris cum oleo catechumenorum. Secunda post Baptismum in vertice Baptizati cum chrismate, & Tertia in fronte, quæ est Confirmatio.

Secundam, quæ olim non erat cognita, quando Sacramentum Confirmationis unâ semper cum Baptismo ministrabatur, instituit Sylvester Papa, eò quòd multi suo tempore statim post Baptismum immaturâ morte decederent, quibus absente Episcopo, aut alijs gravioribus causis distracto, Confirmatio dari non poterat, ut & illi in ultimo certamine aliquid præsidium acciperent contra tentationes dæmonis ex orationibus Ecclesiæ, quæ in ea unctione adhibentur.

Ita testatur Damasus in vita Sylvestri his verbis: Hic & hoc instituit ut baptizatum limiat Presbyter Chrismate levatum de aqua propter occasionem transitus mortis.

Porro hanc unctionem ab antiquis temporibus usitatum fuisse constat satis ex Ordine Romano libro vetustissimo in officio in Sabbato sancto ibi: Ipse verò Presbyter facit de Chrismate crucem cum pollice in vertice eorum ita dicendo: Deus omnipotens &c.

Ejusdem consuetudinis expressis verbis meminit D. Gregorius lib. de Sacramentis, ibi: Ut autem surrexit à fonte ille, qui eum suscipit, offerat eum uni Presbytero, qui faciat signum crucis de Chrismate cum pollice in vertice eius.

De hac ergo unctione, quæ Presbyteris erat prohibita in præsentia Episcopi sine expresso ejus consensu, intelligo Canones in objectione allegatos; in nullo quippe eorum exprimitur consignatio frontis, quæ tamen

tamen propria est Confirmationi; præsertim cum alijs Canonibus, quos supra citavimus, in periculo mortis solum Baptismum permittant Sacerdotibus.

29. Sed contra Primò; etiam Diaconus ex commissione potest Chrismate linire verticem post Baptismum, ut patet ex dictis disp. 2. sect. 5. conclus. 3. ergo de illa non rectè explicatur can. 20. Toletani I. utpote soli Sacerdoti permittens chrisimationem absente Episcopo, vel præseste de ipsius consensu.

Respondet negando consequentiam; quippe Diacono prohibetur chrismare verticem, uti etiam solemniter baptizare, extra necessitatem: non ita Presbytero, cui regulariter ab Episcopo potest dari illa commissio.

30. Contra Secundò; Hæretici redeuntes ad gremium Ecclesiæ reconciliabantur per Sacramentum Confirmationis, utpote quod vel non susceperant, vel certè non validè: ergo de illa consignatione loquitur can. 2. Concilij Arausiaci, non autem de chrisimatione post Baptismum, cum non solerent rebaptizari.

Respondent aliqui concedendo totum; siquidem, ut dicemus Conclusionem sequenti, Presbyter ex dispensatione potest Confirmare.

Respondet 2. negan. consequ. cum enim in discrimine mortis absente Episcopo Confirmatio esset impossibilis, decrevere Patres Arausiaci ut ea unctio, quam probaptizatis de vita recitantibus instituerat Silvester, quæque à Presbyteris ministrari poterat, exhiberetur, confidentes Deum precibus Ecclesiæ permotum, hæretico veniam poscenti præstò adfuturum, & vires præbiturum contra diabolum.

31. Et idcirco de eadem chrisimatione intelligit Pontius Innoc. I. Epist. 1. c. 6. ubi loquens de Energumeno inquit: *Nam ei manus imponenda omnino non est, nisi Episcopus auctoritatem dederit id efficiendi. Vt autem fiat, Episcopi est imperare ut manus ei vel a Presbytero, vel à cæteris Clericis imponatur.*

Quæ utique verba sic explicat Auctor citatus: Cum Energumenus in extremis positus baptizandus esset, & statim cum Baptismo confirmandus, decernit Innoc. quòd si ad Episcopum, qui minister Confirmationis est, deferri non possit, Energumenus propter instans vite periculum à Presbytero consignetur, non confirmatorio Chrismate, sed illa ceremoniali unctio, quam Silvester introduxerat, quæque erat Confirmationis vicaria.

Sed credo Pontium textum Pontificis

non inspexisse; alioquin non tam turpiter errasset. Quid enim illustrius quàm Innoc. ibi non loqui de Energumeno baptizando, sed baptizato? Sic quippe incipit caput citatum: *De his vero baptizatis, qui postea à demonio vitio aliquo aut peccato interveniente corripuntur, &c.*

Neque periculi mortis aut chrisimationis ulla mentio, sed consignationis seu manuum impositionis, quam dicit committi posse Presbytero, aut cæteris Clericis. Quis unquam commisit cæteris Clericis chrisimationem in vertice post Baptismum? Nullus quippe inferior Diacono solemniter baptizat.

Et vel ex hoc solo sufficienter probatur Innocentium non agere de consignatione confirmatoria, quæ ex communi omnium sententia Clericis Presbytero inferioribus delegari nequit. De qua ergo? Respondet de nuda manuum impositione cum certis Ecclesiæ orationibus ad expellendum demonem; aut certè, quoniam hæc manuum impositio cuilibet Exorcista in sua ordinatione conceditur, de ceremoniali aliqua unctioe seu chrisimatione tunc temporis specialiter usitata à solis Episcopis, ac admodum utilis ad curationem Energumorum.

Similiter Canon Martini Papæ (vel ut alij, Episcopi Bracarenfis) aperte loquitur de consignatione, quæ fit in Baptismo. Nam dist. 4. de Consecratione c. *Omnis tempore*. 124. ubi eadem verba referuntur, illicò subiungitur; *Non liceat Presbytero prius Episcopo introire in baptisterium, sed cum Episcopo, nisi forte aut absens fuerit, aut agrotus.*

Quòd spectat ad Ambr. & Aug. explicat illos Waldensis to. 1. de Sacramentis c. 114. de chrisimatione baptismali; idque confirmat ubi relatis *Egyptiorum & Armenorum* erroribus ostendit eos negasse Sacramentum Confirmationis.

Sed reverà, inquit Pontius parte 4. c. 2. n. 28. in eo erravit Waldensis, ut ex infra dicendis patebit: & meliùs dicitur, *Sacerdotes Egyptios & Alexandrinos Sacramentum Confirmationis administrasse juxta consuetudinem Græcorum.*

Quamvis etiam responderi posset Aug. per Presbyterum ibi intelligere Episcopum; nam inquit: *Presbyterum autem intelligi Episcopum probat Paulus Apostolus, quando Timotheum, quem ordinavit Presbyterum, instruit qualem debeat creare Episcopum. Quid est enim Episcopus nisi primus Presbyter, hoc est, summus Sacerdos &c.*

Et infra: *Multum distare inter Diaconum & Sacerdotem liber approbat, quem dicimus*

N n n 3 Actus

Sed errat:

Quia agit de manuum impositione ad expellendum demonem

Et canon Martini de consignatione, quæ fit in Baptismo

32.

Ambr. & August. de Chrismatione Baptismi

Vel dic Aug. guntinum per Presbyterum intelligere Episcopum

Non accedente Episcopi consensu.

De qua unctioe intelligitur Innoc. I. à Pontio

actus Apostolorum. Cum enim ex Samaria credidissent Philippo predicanti, Diacono ab Apostolis ordinato, miserunt, inquit, ad Petrum & Ioannem ut venient, & his, qui crederent darent Spiritum sanctum per manus impositionem.

Uti etiam loquitur Ambrosius.

Simili modo loquitur D. Ambr. supra dicens: Nam & Timotheum Presbyterum a se creatum, Episcopum vocat, quia primum Presbyteri Episcopi appellabantur, ut recedente uno, sequens ei succederet.

33

Reliquum est ut respondeam ad Canones, qui similiter loquuntur de ministris Baptismi, & dico, ut supra ad simile argumentum dixi, diversitatem esse petendam ex subiecta materia. Ac imprimis Concil. Florent. expressis verbis statuit ministrum Baptismi in necessitate non solum Sacerdotem, sed etiam laicum, mulierem & haereticum.

Quin ex alijs Canonibus, ac SS. Patrum testimonijs constat etiam haereticum, & paganum validè baptizare extra necessitatem; Sacerdotem ex officio baptizare, & familia multa, quae videri possunt disp. 2. sect. 5. Conclus. 3. ubi de ordinario ministro Baptismi.

34. Ex quibus omnibus inferitur omnem & solum Episcopum esse validam huius Sacramenti ministrum, si sit consecratus. Non sufficit electus.

Itaque omnis & solus Episcopus est minister ordinarius & validus huius Sacramenti. Addidi autem in Conclusionem ly *Consecratus*, quo significarem Confirmationem esse actum Ordinis, & non jurisdictionis. Ex qua doctrina

Sequitur Primò; sicuti Episcopus electus tantum, & non consecratus, neminem validè ordinat, ita etiam neminem validè confirmat. Ratio in promptu est; quia tam Ordinatio, quam Confirmatio est actus Ordinis Episcopalis, quem talis Episcopus necdum habet, etenim electio tantum tribuit jurisdictionem, ut omnes fatentur.

Validè confirmat Episcopus Haereticus &c. dummodo consecratus.

Sequitur Secundò, sicuti Episcopus consecratus haereticus vel ab Ecclesia praecisus, aut degradatus seu prohibitus validè ordinat, etiam sibi non subditum, & in aliena dioecesi, ita quoque validè confirmat sive in propria dioecesi, sive in aliena, sive subditum, sive non subditum. Ratio itidem est, quia tam Ordinatio, quam Confirmatio sunt actus Ordinis Episcopalis, qui Ordo inamissibiliter conferitur per consecrationem, propter characterem indelebiter animae impressum.

35

Nec obstat, quòd quidam Patres significare videantur, Confirmationem ab haereticis datam esse irritam, & ab illis confirmatos ad Ecclesiam redeuntes esse à Catholicis Episcopis confirmandos. Nam frequenter loquuntur de impositione manuum

penitentiali sive reconciliativa, de qua supra egimus in praebulo lect. 1.

Vel intelligunt Confirmationem esse irritam, uti etiam Ordinationem, quoad effectum gratiae sanctificantis, aut etiam quoad usum Ordinum, dignitatem & privilegia clericalia. Vide disp. 1. Sect. 7. Conclus. 2.

Sed numquid amplius quidpiam requiritur ad licitè confirmandum, quam ad validè? Utiq. Et quid quæro illud? Attendite.

### CONCLUSIO III.

Ut quis non solum validè, sed etiam licitè, Sacramentum Confirmationis administret, præter potestatem Ordinis Episcopalis, etiam requiritur potestas jurisdictionis. Unde Episcopus confirmans alienos subditos, absque licentia Ordinarij illorum, vel confirmans in aliena Dioecesi sine licentia Ordinarij loci peccat mortaliter.

Est communis, & certa; tum ex generali principio quòd ad licitum ministerium Sacramentorum (Matrimonio excepto) requiratur potestas jurisdictionis, aut quasi, in eum, cui ministratur: tum ex speciali ratione Pontificalium, quae prohibetur Episcopus exercere in illos, qui sibi subiecti non sunt, vel in loco alterius Episcopi, nisi alter concedat.

Ita statuitur cum alijs iuribus antiquis, tum expressius (quantum præsertim ad locum pertinet) in Trident. sess. 6. de Reformatione. c. 5. ubi sic dicitur: Nulli Episcopo licet cuiusvis privilegij prætextu Pontificalia in alterius dioecesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinarij subiectas tantum. Si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione Ordinum sint ipso iure suspensi. Circa quod decretum & doctrinam totius Conclusionis

Notandum Primò ad confirmandum in propria dioecesi subditos alienos, non requiritur expressam licentiam Episcopi illorum, sed sufficere tacitam & præsumptam; quoniam in alijs materijs sufficit ad usurpandam alterius

alterius jurisdictionem, puta in Sacramento Baptismatis, Pœnitentiæ, & similibus actibus, ubi in jure contrarium non exprimitur; jam autem ad confirmandum alienos subditos neque jura antiqua requirunt expressam licentiam, neque Trident. locò citatò, quod non loquitur de hoc casu, sed de Confirmatione in aliena diœcesi.

Ad hanc licentiam putant aliqui sufficere quod omnes simul concurrant: Henríquez.

38.

Alij requirunt alia signa sententia.

Cæterùm ad præsumendam facultatem alterius Episcopi, Henríquez lib. 3. de Confirmatione cap. ultimo n. 6. cum alijs ibidem citatis putat sufficere, quòd alterius diœcesani subditi concurrant simul cum proprijs subditis confirmandis. Cùm enim jurisdictione non sit de necessitate hujus Sacramenti, facilis præsumi potest rati habitio, quàm in Sacramento Pœnitentiæ, ubi requiritur jurisdictione de præsentibus.

Oppositum tamen non est minus probabile, videlicet hoc præcisè non sufficere sine alijs signis sensibilibus, ut sunt consuetudo patriæ, item si alter Episcopus id sciat factum aliàs, & non contradixerit, cùm aliàs facile potuisset contradicere &c. Nam absque signis sensibilibus non sufficit præsumptio ad jurisdictionem alterius usurpandam, id est, non sufficit quòd alter Episcopus consentiret, si sciret, sed oportet quòd in aliquo actu expresso, iuxta legalem vel rationabilem interpretationem, ejus consensus virtute contineatur: v. g. quando quis cum literis dimissorijs ordinandus venit, qui nondùm confirmatus est; tunc enim concessa facultate ordinandi, censetur etiam virtute concedi facultas confirmandi; cùm sine Confirmatione non possit convenienter ordinari juxta inferiùs dicenda.

Nota Secundò, ad confirmandum proprios vel alienos subditos in diœcesi aliena requiritur expressa facultas Ordinarij loci. Patet ex Trident. supra.

39.

Quantam nomine Pontificaliù intelligantur?

Que ordinem Episcopalem respiciunt ut explicat Toletus.

Notandum Tertio, per Pontificalia, quæ generaliter prohibetur Episcopus exercere in aliena diœcesi, intelligi ea, quæ ad Ordinem Episcopalem specialiter pertinent, ut explicat Toletus lib. 1. c. 94. Hujusmodi sunt, Ordines conferre, Chrismata conficere, Clericos deponere, Virgines benedicere, Ecclesias, altaria & calices consecrare, atque etiam (ut declaravit Congregatio Cardinalium teste Henríquez supra in Com. lit. A.) confirmare.

Cætera verò quæ Ordinem Sacerdotij, solum respiciunt, ut celebrare, absolvere in foro interno, & similia potest Episcopus in aliena diœcesi absque licentia Ordinarij loci; item ea, quæ licet ut plurimum fiant à solis Episcopis, tamen ad valorem actus

Non que sacerdotum.

non requirant peculiariter Ordinem Episcopatus, & ideo etiam solent quandoque alijs committi; ut sunt dare primam Tonsuram benedicere solemniter populum, celebrare Missam in Pontificalibus, ut docet Covarruvias lib. 3. Variarum c. 20. n. 9. cum alijs, quos allegat.

Covarr.

Norandum Quarto, Episcopum in aliena diœcesi suos, vel alienos subditos confirmantem sine expressa licentia Ordinarij loci esse suspensum ipso facto ab exercitio Pontificalium. Verba Concilij sunt clara. Unde hæc poena est lætæ sententiæ, equidem solum ab exercitio Pontificalium, non ab actibus aliorum Ordinum, neque ab actibus jurisdictionis.

40. Episcopus in aliena diœcesi suos, vel alienos sine licentia confirmans ipso facto est suspensus.

Est etiam solum imposita Episcopo in aliena diœcesi confirmanti, & ideo non incurritur, si in sua diœcesi alienos subditos confirmet; quia poenæ non sunt extendendæ sed tamquam odiosæ communiter restringendæ: quare argumentum à paritate rationis in similibus non valet. Rursùm est suspensio indeterminati temporis & ideo non tollitur ante absolutionem: quia verò non est reservata, tollitur à Confessorio Episcopi.

Notandum Quintò ex Toletò supra, quando Episcopus alienos subditos in aliena diœcesi ordinat de expressa licentia Ordinarij loci, tunc posse simul absque alia licentia ordinare subditos proprios simul concurrentes; Et eadem est ratio de Confirmatione.

41. Toletus.

Nec obstat quòd Concilium dicat: Et in personas eidem Ordinario subiectas tantùm; nam illa exclusiva, Tantùm, excludit non proprios subditos, sed alios neque sibi neque Ordinario loci subiectos, sed alteri tertio.

42. Et i peccat mortaliter.

Queris, unde sciam, quòd Episcopus confirmans subditos alienos absque licentia Ordinarij illorum, vel confirmans in aliena diœcesi absque licentia Ordinarij loci peccet mortaliter? Respondeo, quia usurpat alienam jurisdictionem in materia gravi. Dubitas de gravitate materiæ? Ecce administratio Sacramenti, ecce poena suspensionis.

Et hætenus quidem de ministro ordinario Confirmationis. Sed quid de extraordinario? Cùm enim nemo dubitet Confirmationem esse actum Ordinis Episcopalis, qui (inquis) fieri potest, ut validè ministretur ab eo, qui non habet illum Ordinem? An fortè ex commissione Episcopi? Ignoras scriptum cap. penult. extra de Consec. Eccl. Quia licet Episcopus committere valeat, que jurisdictionis existunt; que Ordinis tamen Episcopalis sunt, non potest

Cap. penult. extra de Consec. Eccl.

potest inferioris gradus Clericis demandare? Scriptum scio: attamen confidenter pronuntio, & unanimiter cum cæteris Doctoribus Catholicis (paucis exceptis) assero:

CONCLUSIO IV.

Minister extraordinarius Confirmationis ex dispensatione Pontificis est simplex Sacerdos.

43. Extraordinarius Confirmationis minister est simplex Sacerdos. Sotus. Pontius. Trident. Quod sic manifestum ex decreto Eugen. IV.

DE hac conclusione sic loquitur Sotus 4. dist. 7. q. unica art. 11. Est ergo jam non solum opinio verum & Ecclesie sanctio. In quam sententiam vaide propendet Pontius parte 4. c. 3. n. 11. propter definitionem Trident. sess. 7. de hoc Sacramento can. 3. Si quis dixerit sancta Confirmationis ordinarium ministrum &c. Et decretum Eugenij IV. in Concil. Florentino, ubi ille Pontifex eisdem utitur terminis dicens: Ordinarius minister est Episcopus: satis significans per illum modum loquendi, ministrum extraordinarium esse simplicem Sacerdotem.

Atque, ut nulla prorsus maneret ratio dubitandi de ejus mente, in fine illius §. addit: Legitur tamen aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem ex rationabili & urgente admodum causa simplicem Sacerdotem Christianitate per Episcopum consecrâ hoc administrasse Confirmationis Sacramentum.

Putat autem Pontius Eugenium in suo decreto locutum fuisse definiendo. Quamvis enim tempore illius decreti (quod emanavit super unione Jacobinorum & Armeniorum) Græci non adfuerint Concilio; placuit tamen Græcis Jacobinos & Armenios à Latinis instrui, ideoque edita fuit illa constitutio nomine totius Concilij, quod unum censebatur (licet jam aliqua pars decisset) ex continuatione, præsertim præsentente ipso capite summo Pontifice.

Verba Pontificis ad præsens propositum confirmandum habens hæc exscribo: Quis non vehementer admiretur uno eodemq. tam brevi tempore, duo sic præsertim, & tot sæculis desiderata opera (Græcorum scilicet & Armeniorum unio cum Romana Ecclesia) in hoc sacro Concilio fuisse tam feliciter consummatâ?

Et post pauca concludendo inquit: Multis itaque adhibitis disputationibus, colloquiis & tractatibus, postq. non mediocrem testimoniorum inspectionem, quæ ex sanctis Ecclesie Patribus & Doctoribus deducta sunt, & earum,

de quibus agebatur, verum discussionem, tandem expedire indicavimus, ne illa in futurum de fidei veritate apud ipsos Armenios hæsitare esse videtur, atque idem per omnia sapiant cum Sede Apostolica, unioq. ipsa stabili & perpetua sine ulla scrupulo periret, ut sub quodam brevi compendio Orthodoxæ fidei veritatem, quam super præmissis Romana profertur Ecclesia, per hoc decretum sacro hoc approbante Florentino Concilio, ipsis Oratoribus ad hoc etiam consentientibus, traderemus. Hæc Eugenius.

In quibus verbis cum Pontio supra tria confidero. Primum, instructionem illam datam esse Armenijs post longam disputationem Patrum. Secundum, dari compendium orthodoxæ fidei, quam in his rebus Romana tenet Ecclesia. Tertium, dari hujusmodi compendium sacro approbante Concilio Florentino, ipso Romano Pontifice præsentente.

Quidquid sit de veritate fidei, quam asseveranter nolo hæc tradere propter auctoritatem DD. Catholicorum, qui post Florentinum contrarium docuerunt: & quæ responderi posset, Concilium Trident. licet definit ordinarium ministrum esse Episcopum, nihil tamen de extraordinario tradere: Florentinum verò esto loqueretur definitivè in materijs & formis Sacramentorum, aut etiam ministris; atta men obiter solum attingere dispensationem illam Apostolicam, neque ullum habere verbum, quod definitionem indicet. Quia, inquam, sic responderi posset, ideo sufficit nobis certitudo theologica.

Antequam autem ostendo hanc certitudinem paucis significo, perperam Pontium supra n. 1. citare divum Bonav. pro opposita sententia. Etenim 4. dist. 7. circa litteram Magistri sic inquit Doctor Seraphicus: Respondeo dicendum quod quamvis Sacerdos non possit propriâ auctoritate, tamen pro causa necessaria summus Pontifex, in quo est plenitudo potestatis, potest alij, quam Episcopo committere. Et ille non facit auctoritate sua, sed auctoritate sibi commissa: unde ille potius facit cuius auctoritate fit. Quid manifestius dici poterat?

Quod ergo eadem dist. a. r. q. 3. dicit: Illud Sacramentum nec potest, nec debet per alios (quam Episcopos) dispensari. Et si alij præsumunt, nihil faciunt: quis benignus lector non interpretabitur de dispensatione ordinaria & sua auctoritate? Porro que fuerit mens Doctoris Subtilis, quem Pontius ibidem docet dubitasse, statim apparebit.

Ratio itaque Conclusionis nostræ est voluntas Christi, quæ constat ex sacro Ecclesie. Legitur, inquit Florent. Sed ubi

Greg. 27. Non dubito quin apud Gregorium Epist. 26. ad Januarium indi. 12. & refertur dist. 95. c. 1. sequentis tenoris: *Peruenit quoque ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quod Presbyteros Chrismate tangere in fronte eos, qui baptizati (Orig. baptizandi) sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundum usum veterem Ecclesie nostra fecimus. Sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi Episcopi desunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizatos (Orig. baptizandos) Chrismate tangere debeant, concedimus.*

46. Rogas, quæ causa mutandi verba Originalis? Responso plana est, quia Ecclesia non solet ungere baptizandum Chrismate in fronte, sed oleo Catechumenorum in pectore & humeris; neque ad hanc unctionem opus erat dispensatione Pontificis; cum id munus perpetuò Ecclesie usu Presbyteris fuerit commissum.

Accedit, hanc Epistolam esse revocatoriam prioris Epistolæ ad eundem Januarium datæ (estque 9. ejusdem indictionis 12.) in qua prohibuerat Presbyteris confirmare, dicens: *Presbyteri baptizatos infantes signare sacro in frontibus Chrismate non presumant. Sed Presbyteri baptizatos ungant in pectore, ut Episcopi postmodum ungere debeant in fronte.* Refertur de Consec. dist. 4. c. 120.

Et verò quis unquam audivit Ecclesiam ab antiquo solitam ungere seu chrismare parvulos in fronte extra Sacramentum Confirmationis? Confirmationem ergo secundum veterem Ecclesie usum prohibitam Presbyteris simplicibus (nam his qui simul erant Episcopi semper fuit licita) non solum permittit, sed propter scandalum exortum, etiam positivè concedit Gregorius Epist. 26. citatâ, non uni tantum aut alteri personæ, sed toti provincie, id est, omnibus Sacerdotibus Sardinie in absentia Episcopi.

Et Gregorius Epistolâ 26.

47. Quem secuti sunt alij Pontifices. Nicol. IV. Joan. XXI. Urban. V. Eugenius IV.

Gregorium postmodum secuti sunt Nicol. IV. Joan. XXII. Urbanus V. & Eugenius IV. alijque Pontifices Romani dispensantes (ut refert Leo X. in Bullario Rodr. Bulla 3.) cum nonnullis fratribus Ordinis nostri in terris infidelium existentibus, ut in casu necessitatis (verba sunt Leonis bullâ citatâ, in qua confirmat hujusmodi privilegium) Episcopi in Provincia non existentibus, Confirmationis Sacramentum, & Ordinationes, usque ad minores Ordines fidelibus ministrare, capellas, & altaria, nec non calices, & paramenta Ecclesiastica benedicere &c. valeant, & possint.

Pontius.

Idem, teste Pontio supra c. 3. n. 6. concessit Adrianus VI. anno 1521. die 25. Aprilis petentibus Fratre Glapione, & Francico de

Angelis, pro Indijs, & regionibus, ubi non sunt Episcopi, ut Sacerdos Regularis ex Minoribus pollet cum Chrismate ab Episcopo consecrato confirmare. Dicitur autem haberi hoc indultum authenticum Hispali in Monasterio S. Francisci. Ita Ille.

Sed fallitur: nam indultum concessum isto anno & die petentibus Glapione & Francisco de Angelis, est illud Leonis X. mox allegatum, ut patet ex Bulla apud Rodr. & verò quomodo esset Adriani VI. qui creatus fuit Pontifex anno 1522?

Ceteroquin hic Pontifex anno primo sui Pontificatus die 16. Maij confirmavit indulta omnia à suis prædecessoribus concessa Fratribus Minoribus existentibus in Indijs Bullâ: *Exponi nobis fecisti. 1. apud Rodriq. ibi: Et quia, ut accepimus, per præfatos prædecessores nostros Romanos Pontifices aliqua indulta concessa fuerunt Fratribus existentibus, aut ire procurantibus in dictis, vel ad dictas Indiarum partes, nos omnia illa confirmando, ac (quatenus opus est de novo concedendo) volumus ut præfati Prælati Fratrum pro tempore existentes, & quibus ipsi de suis Fratribus duxerint concedendum omnibus prædictis indultis in genere, vel in specie hæcenus concessis, & impostis concedendis, uti, potiri & gaudere libere & licite possint & valeant, habentes omnia pro sufficienter expressis tanquam si de verbo ad verbum in sererentur.*

Quorum indulta Confirmavit Adrianus VI.

48. Et Gregorius XIII. dispensavit cum Partibus Societatis in Indijs commorantibus: & audivimus eos, inquit Pontius supra, qui se ministrasse hoc Sacramentum ex ea dispensatione asservere, & apud eos hujus autoritatis concessæ asservari Pontificium diploma. Fides sit penes Pontium.

Quibus consonat Concilium Senonense

Accedat Concilium Senonense in decretis morum c. 38. ubi cum dixisset, Abbates non habere potestatem confirmandi, addidit: *Quod si qui sint, qui contendant sibi competere hanc facultatem ex privilegio, volumus, quod cum primum fuerint requisiti à suffraganeis nostris, de privilegio fidem facere teneantur.*

Et confirmatur omnia ex declaratione Cardinalium, ne Cardinalium.

Hæc omnia confirmantur ex declaratione Cardinalium ad can. 3. sess. 7. Concil. Tridentini de hoc Sacramento, sub hac forma verborum: *Abbates ex privilegio Sedis Apostolicæ, de consensu tamen Ordinariorum, hoc Sacramentum Confirmationis conferre possunt.*

Quis porò dicere audeat, imò possit sine injuria, Gregorium Pontificem tam doctum & sanctum, aliosque jam enumeratos non minoris potestatis, in re tanti momenti errasse? Certè convincitur summæ temeritatis, qui absque solidissimo fundamento refragatur auctoritati tot summorum Pontificum ac Conciliorum.

Dicere hoc omnes errasse temeritatem.

000

Quod



49.  
De hac ma-  
teria qua-  
tuor loque-  
di modos  
ponit Sco-  
tus.

Quod maturè, ut debuit, expendens Doct. Subtilis postquam 4. dist. 7. quaest. 1. num. 2. absolute docuisset, ministrum huius Sacramenti esse Episcopum, vel alium, cui committi poterit: num. 4. & sequentibus, (occasione facti D. Greg. de quo antea) ponit 4. modos dicendi, & duos primos rejicit, 3. & 4. relinquens iudicio prudentis Lectoris.

Primus mo-  
dus.

Est autem Primus, quod Papa consensit, quod possent ungeri in fronte oleo, sed non Chrismate: sed hoc, inquit, est contra textum littera, sicut patet ibidem. Item hoc concessit, eo quod pro eius subtractione erant quidam scandalizati; & si concessisset illud fieri oleo solo, ostendens quasi fieret Chrismate, esset simulatio contra veritatem doctrinae, sicut si concederetur panem benedictum pro Eucharistia dari.

Secundus  
modus.

Secundus modus dicendi est, quod propter scandalum vitandum concessit illud ad tempus, vel magis permisit. Sed istud nihil est: quia utilitatis scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. Extra de Reg. Iuris c. 3. Item in hac concessione peccasset Gregorius mortaliter, si concessisset de sacro, quod non potuisset de iure: & praebisset sacerdotibus occasionem peccandi mortaliter, scilicet faciendi quod non licebat eis facere.

50.

Tertius  
modus,  
quem pro-  
bat duplici  
auctoritate  
Hieron.

His duobus modis rejectis, ut nihilominus Pontifici sua maneat irrefragabilis auctoritas, ac rectitudo facti, inquit Doctor: Alij possunt esse duo modi dicendi probabiles. Vnus quod in primitiva Ecclesia non erat differentia inter Sacerdotes, & Episcopos. Quem probat duplici auctoritate D. Hier. prima ponitur dist. 95. c. 5. & intitulatur: Hier. ad cap. 1. Epistola ad Titum: Olim, inquit, idem erat Presbyter, qui & Episcopus, & antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populo, ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephae, communi Presbyterorum consilio Ecclesia gubernabatur &c.

Prima.

Secunda.

Secunda refertur dist. 93. c. 24. ex Epistola ad Evagrium Presbyterum ibi: Cum Apostolus perspicue doceat eosdem esse Presbyteros, quos Episcopos. Et infra: Quid enim facis excepta Ordinatione Episcopos, quod Presbyter non facit? Quae ultima verba Scoto dederunt occasionem recedendi seu improbandi hunc modum.

Respondeo, inquit n. 6. si à principio fuit aliquis actus proprius Episcopo, sicut dicit Hier. Praeter consecrationem, quid potest Episcopus quod non potest Presbyter? .... sequitur quod à principio erat differentia Episcopi, & Presbyteri: & tamen illa auctoritates non concludunt oppositum, sed sunt exponenda sicut Glossa exponit, scilicet quod forte nomina erant synonyma, & administratio, id est, gubernatio

Ecclēsia communis fuit, sed tamen non dispensatio quacumque Sacramentorum. Quod probatur dist. 21: In novo: In loco Apostolorum surrexerunt Episcopi, sed septuaginta duorum discipulorum vicem gerunt Presbyteri: ergo à Christo fuit distinctio Episcopi, & simplicis Presbyteri. Ita Doctor. Sed nondum statim finis.

Contra, inquit, nomine Philippus fuit de septuaginta duobus, & Stephanus, & ceteri Diaconi non Presbyteri? Item ad Titum c. 1. Propter hoc te reliqui Cretae, ut constitueres Presbyteros: Ergo non Episcopus hoc non potuit.

Hoc etiam probatur per cap. seq. 95. dist. quod super illud Pauli fundatur: Noli negligere gratiam quae in te est &c. Quoniam (ait) Presbyteri Episcopi nunciantur, secundum quod scriptum est ad Episcopum: Noli negligere gratiam, quae data est tibi &c. Et alibi ad majores natus Qui vos posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Hac Hieronymus. Non distinguit ergo Episcopum à Presbytero, quia non dicit, quod Constitutio fuerit data per Episcopum tantum, sed loquitur de Presbytero. Nec etiam legitur in Actibus distinctio Sacerdotum ab Apostolis, qui erant Episcopi. Hucusque Scotus. Immediatè subiungens:

Et si istud est verum (non assertum esse verum) tunc Sacerdoti ex officio potuit competere confirmare, sicut & Episcopi, quia ex prima institutione non erat alius gradus in Ecclesia. Tamen propter necessitatem postea multiplicari sunt Sacerdotes, & restricta est potestas ab eis quantum ad aliquam, quae reservata sunt solis Sacerdotibus maioribus, qui dicitur sunt Episcopi. Et talis alius esset confirmare. Quod si verum est, Gregorius bene potuit Sacerdotes illos subiectos Iamario Episcopo licentiam ad confirmandum: quia in hoc non concessit potestatem eis non convenientem, sed revocavit prohibitionem prius eis factam.

Prosequitur: Sed si contra hoc obijciat: quia secundum ista cum in primitiva Ecclesia non legantur alij confirmasse quam Apostoli, si tunc quisquam Sacerdotes erant Episcopi, vel aequales quantum ad istum actum; ergo solis Episcopi debetur ex officio. Respondeo, inquit, quod vel nulli alij ab Apostolis erant Sacerdotes, quia illi soli tunc potuerunt sufficere; vel si alij erant dederunt Apostolis in isto actu propter manifestationem Spiritus sancti evidentem, quae fiebat in collatione istius Sacramenti, ut cum maiori reverentia & devotione susciperetur propter excellentiam ministrorum. Hac Scotus pro tertio modo.

Ceterum cum & ille modus minus placet Doctori Subtili, utpote non plene satisfaciens argumentis in contrarium: apponit quartum dicens: Quartus modus dicendi fuit quartum dicens: Quartus modus dicendi

est, quod si à principio non licuit Sacerdoti simplici; Papa tamen potuit quemlibet Sacerdotem illius regionis facere Episcopum, quantum ad istum actum, non tamen conferendo sibi simpliciter gradum Episcopalem, nec quantum ad alios actus: & tunc quilibet eorum verè confirmavit tanquam Episcopus quantum ad istum actum: & ratio conferendi istum gradum cuilibet Sacerdoti quantum ad istum actum poterat esse scandalum vitandum.

Hic tandem quiescit Doctor non dubitans ( ut perperam illum intelligit Pontius cap. 3. num. 1. ) de concessione Pontificis, aut ejus sufficientia, ( quam palam ubique supponit ) sed post diligentem inquisitionem modi explicandi hujusmodi dispensationem, tacite innuens hunc quantum, cui nihil omnino opponit, fore amplectendum. Quem & ego discipulus minimus inhaerens vestigijs tanti mei Magistri cæteris præferendum judico; atque ita explicio.

Quem tacite innuit amplectendum;

53.

Pontifex potestatem confirmandi solis Episcopis propriam, jure scilicet ordinario ex divina institutione per se & primario ac independentem, illam, inquam, validè & licitè ex rationabili causa delegat simplici Sacerdoti, qui vi suæ Ordinationis proximè capax est hujusmodi commissionis, & remorè ac dependenter ipsius actus Confirmationis. Facere ergo Sacerdotem Episcopum quoad istum actum, non est aliud, quàm potentiam ejus remotam, fundatam in Ordine & caractere Sacerdotali, per dispensationem sive delegationem reducere ad potentiam proximam.

Qui modus ab auctore explicatur,

Et per simile declaratur.

Eodem fere modo, quo potestas remota ad absolvendum, quam quilibet Sacerdos accipit in sua Ordinatione, fit proxima per potestatem jurisdictionis ordinariam vel delegatam, postmodum ab Ecclesia collatam.

Deinde ceu Parochus rectè negatur habere potestatem excommunicandi, scilicet ordinariam vi officij sui, licet eam delegatam possit accipere à summo Pontifice, ita etiam verissimè dicitur, simplicem Sacerdotem non habere potestatem confirmandi, scilicet ordinariam vi characteris Presbyteralis, quamquam eam delegatam queat à Papa accipere.

Itaque potestas confirmandi tam Episcopo, quàm Presbytero, competit ratione Ordinis, ac consecrationis; Episcopo, quidem completè & proximè; Presbytero verò conditionatè, si accedat dispensatio Pontificis, quod est competere in potentia remota. Et ideo hæc potestas nullo modo pertinet ad potestatem jurisdictionis.

Pontius.

Nec hoc mirum alicuj videri debet ( in-

quit Pontius parte 4. cap. 6. n. 6. ) Nam character non est aliqua potentia physica, quæ eodem modo semper operetur, sed est qualitas realis significativa ex voluntate divina. Sicuti ergo character sacerdotalis non significat absolutè & simpliciter potestatem absolvendi à peccatis, sed sub conditione, si accesserit jurisdictio, sic quoque non significat simpliciter & absolutè potestatem confirmandi, sed conditionatè, si advenerit commissio Pontificis, ut constat ex doctrina Ecclesiæ tradita in factis Pontificum, in praxi, & Conciliorum decretis, in quibus error tam perniciosus esse non potest.

Ex his non difficilis est responsio ad caput penultimum extra de Consec. Eccl. ubi Gregorius IX. scribit Astoricensi Episcopo in hæc verba: *Aquà per Episcopum benedictà Ecclesiam reconciliari posse per alium Episcopum non negamus, per Sacerdotes simplices hoc fieri de cætero prohibentes: non obstante consuetudine provincie Braccarensis ( qua dicenda est potius corruptela ) quia licet Episcopus committere valeat, quæ jurisdictionis existunt, quæ Ordinis tamen Episcopalis sunt, non potest inferioris gradus Clericis demandare.* Ita Pontifex.

54.  
Ex quibus facilius deducitur refutatio ad quoddam cap. Juris Canonici.

Ubi dicitur, ( inquit Pontius parte 4. c. 3. n. 10. ) ea, quæ consecrationis sunt, non consecrato committi non posse.

An textum inspexerit nescio. Credo sic verba Pontificis perstrinxisse, ut nullo negotio satisfaceret objectioni respondendo, prout ibidem respondet: In Presbytero esse consecrationem remotam, sufficientem, ut posità conditione possit ministrare Sacramentum Confirmationis, sicut etiam in illo ratione Ordinis est sufficiens fundamentum, ut accedente jurisdictione ( ut dici solet ) possit absolvere à peccatis, à quibus sine ea invalidè absolvit. Et etiam ratione Ordinis est in Presbytero sufficiens fundamentum, ut possit illi committi ministerium Sacramenti Ordinis, quod sine ea commissione inaniter & invalidè conferret. Non ergo committitur exercitium Confirmationis non consecrato, sed consecrato. Hactenus ille.

Quod non bene interpretatus est Pontius,

Responsio conformis lectioni, sed vitiose, & planè repugnanti verbis, & menti Pontificis, quod sic ostendo. Prohibet Papa Ecclesiam reconciliari per simplicem Sacerdotem etiam ex commissione Episcopi. Quare? quia hæc reconciliatio est Ordinis Episcopalis, quæ autem Ordinis Episcopalis sunt, nequit Episcopus demandare Clericis inferioris gradus.

55.

Ut ex verbis Pontificis ostenditur,

Rogo Pontium, qui sint isti Clerici inferioris

rioris gradus; an forte Diaconus, aut Subdiaconus? sed & isti consecrati sunt. An Clerici minorum Ordinum, aut primæ Tonfuræ? At & illi suo modo Deo oblati sunt.

Et esto solus Sacerdos propriè sit, & dicitur consecratus, reliqui autem inferioris gradus Clerici non consecrati: quomodo tunc benè argumentatur Pontifex: Episcopus non potest demandare ea, quæ sunt sui Ordinis, Clericis inferioris gradus, id est, Diaconis, Subdiaconis &c. ergo non potest committere reconciliationem Ecclesiæ simplici Sacerdoti? Num forsitan hæc consequentia bona sit apud Pontium: Episcopus non potest Diacono, aut alij Clerico inferioris Ordinis committere administrationem Sacramenti Confirmationis; ergo neque simplici Sacerdoti?

Ut ergo probatio Pontificis sit efficax, indubiè sub his verbis: *Inferioris gradus Clericis* comprehendit simplices Sacerdotes. Ac proinde, uti hoc tempore vi istius prohibitionis Episcopus invalide committeret simplici Sacerdoti reconciliationem Ecclesiæ; sic pari jure & ratione invalide committeret actum Confirmationis, Pontifice sibi illam commissionem reservante, sicuti reservat impedimenta Matrimonij, approbationem Religionum, dispensationem in quibusdam votis, & similia.

Rogas unde sciam reconciliationem Ecclesiæ consecratæ (de illa enim sola loquitur Pontifex) factam hodiè à simplici Sacerdote ex commissione Episcopi fore invalidam? Respondeo, primò ex his verbis Pontificis: *Licet Episcopus committere valeat*, id est, valide possit, *qua jurisdictionis existunt*; quæ Ordinis tamen Episcopalis sunt, non potest, id est, non valet, *inferioris gradus Clericis demandare*.

Secundò ex verbis immediatè subsequentibus: *Quod autem mandantibus Episcopis super reconciliatione factum est hæcenus per eisdem, misericorditer toleramus*.

Ubi Glossa verb. *Toleramus*, objicit, & solvit: *Sed videtur quod ista sola tolerantia non sufficiat sibi, nisi iterum reconcilietur per Episcopum; quia nulla fuit reconciliatio: ergo iterum debet reconciliari; sicut si aliquis ordinatur ab eo, qui ordinandi potestatem non habebat, iterum debet ordinari* 68. dist. Presbyteri & infra de Presbyr. non baptizato c. 1. & 3. Ecce objectio.

Sequitur solutio. *Sed dic quod per talem tolerantiam ratam habet talem reconciliationem, & incipit valere ex tunc, cum prima nulla fuisset, & ita de nihilo facit aliquid. Sic 3. q. 6. Hoc quippe: & de Consec. dist. 2. Revera, quia*

potest Princeps mutare naturam rei. C. de rei ux. actio. lege unica circa principum Bernardum. Hactenus Glossa. Si ante illam prohibitionem Gregorij erat hujusmodi reconciliatio invalida, quoniam potius post illam, quando jam amplius ab Ecclesia non toleratur?

Cæterum posse delegari reconciliationem Ecclesiarum simplicibus Sacerdotibus, nimis clarè probant privilegia mendicantium. Unum adfero ex Bulla Leonis X. *Religionis honestas* (6. apud Rodrig.) in qua sic Pontifex loquitur: *Ac vestri Ordinis Generalibus, Vicariis, ac Provincialibus, & Capitulis, ac Guaraniis presatis pro tempore existentibus, ut omnia & singula eiusdem Ordinis & observantia Ecclesiarum, Cæmeteria ac capitula, & Oratoria ubicunque existentia receptas, & receptas, & recipiendas seu recipiendas, solemnibus benedictione benedicere: ac illas, seu illa, & eorum quodlibet sanguinis seu seminis effusione, seu alias quomodolibet pollutas, seu pollutas, quanties opus fuerit, aqua per vos, presertim in locis remotis, ubi Episcopum aquam benedictam per duas dietas adire non poteris, benedicta, reconciliari libere & licite valeatis, auctoritate Apostolicâ tenore presentium concedimus & indulgemus*.

Constat autem ex capite penultimo citato reconciliationem Ecclesiarum esse actum Episcopalis Ordinis, constat, inquam, & tamen, ut ex prædicto privilegio & alijs similibus luculenter patet, Pontifex pro tempore existens valide & licite delegat potestatem reconciliandi; ergo consimiliter potestatem confirmandi poterit concedere, esto Confirmatio sit actus Ordinis Episcopalis. Ac proinde solis Episcopis censetur prohibita hujusmodi commissio, jure saltem humano, si non scripto, certè consuetudinario.

Et idcirco dixi in conclusione: *Ex dispensatione Pontificis*; quæ dispensatio stante prohibitione Ecclesiæ, non tantum requiritur ad ministerium licitum, sed etiam validum, sic quòd Confirmatio collata à simplici Sacerdote ex delegatione solius Episcopi pro invalida haberi debeat, prout etiam reconciliatio Ecclesiæ, ut superius ostendi, quæ fieret ex simili delegatione. Quid miramur? Nam & ipsa delegatio invalida est.

Nonne dispensatio Episcopi in votis reservatis, approbatio Religionum, impedimenta Matrimonij & similia committere censentur invalida? Prorus ita est: non enim sunt actus Ordinis, sicuti v. g. est Consecratio, aut Ordinatio, sed potius actus jurisdictionis, quæ jurisdictione Papa Episcopos potest privare, utpote immediatè ab Ecclesia ipsis concessâ, ut suppono

Qualiter ergo sit efficax Pontificis probatio demonstratur.

36.

Episcopus invalide committit simplici Sacerdoti reconciliationem Ecclesiæ consecratæ.

37.

38.

*Sect. 2. De Effectu & Min. Confr. Concl 4. 477*

ex tract. de legibus, & alibi dictis, atque dicendis,

Ceterum mihi videtur verius ( inquit Pontius parte 4. c. 3. n. 4. ) potestatem dispensandi in hac re, id est, potestatem constituendi extraordinarium ministrum Confirmationis, non solum residere penes summum Pontificem, nisi reservata esset. Hanc sententiam tener Ledesma in 4. dist. 7. q. 1. a. 11. Layman Tract. cit. c. 7. Alphonsus Salmeron To. 12. in Acta Apostolorum Tract. 16. Verf. *An verò Episcopi.* Hæc Ille.

Probat Primò; quia secundum probabilem sententiam Episcopus potest in sua diocesi quicquid Pontifex potest in tota Ecclesia, nisi specialiter ipsi reservetur, aut pertineat ad universalem Ecclesie statum seu regimen, ut definire res fidei, quod exigit specialem assistentiam Spiritus sancti, quæ non est promissa singulis Episcopis.

Confirmatur: quia ante reservationem Pontificis poterat Episcopus cum suis dispensare in quocumque voto, approbare Religiones pro sua diocesi, constituere impedimenta Matrimonij, & similia, quæ sunt actus jurisdictionis, ut mox dictum est: ergo similiter committere potestatem administrandi Confirmationem.

Probat Secundò ex consuetudine Græcorum, quorum Presbyteri à primis fere temporibus hoc Sacramentum confecerunt. Testes sunt D. Ambr. & D. Aug. Concl. præcedenti citati, vel si qui alij sint auctores istorum librorum. Id autem non fuisse factum ex concessione Pontificis patet, quia peracto Concilio Florentino, & confectis litteris Unionis, Eugenius Pontifex undecim proposuit Græcis quasiunculas ( quarum 6. erat: *Cur Presbyteri non autem Pontifices, id est, Episcopi, sacro Chrismate utuntur, cum soli Pontifices eo uti deberent?* ) & statim addit: *Quas quidem quasiunculas Præses Mytilenensis dissolvit facile visus est, ultimis duabus exceptis, videlicet, Cur Matrimonia separent? Cur suum Patriarcham ibidem non eligant? In quibus cum summo Pontifici nequaquam satisfecerit, summus Pontifex Imperatorem rogavit, ut doctores de Pontificibus suis ad ipsum mitteret; quippe qui duas ipsas ambiguitates melius explicare scirent.* Ita legitur Tomo 4. Concil. circa finem Concil. Florentini.

Ergo ( infert Pontius parte 4. cap. 5. num. 10. ) licita fuit & secundum Canones ea consuetudo Græcorum. Sed non ex dispensatione Pontificis, eam enim non poterat ignorare Eugenius: ergo

ex dispensatione solius Episcopi.

Respondeo: licet Romanus Pontifex jura omnia in scriinio pectoris sui censeatur habere; tamen, ut dicitur c. 1. de Const. in 6. *locorum specialium & personarum singularium consuetudines & statuta (cum sint facti, & in facto consistant) potest probabiliter ignorare.* Potuit ergo Eugenius ignorasse dispensationem ( utpotè facti, & in facto particulari consistentem ) à suis prædecessoribus vel immediatè, vel medianibus Episcopis tamquam ejus delegatis, dispensationem, inquam, concessam Presbyteris Græcis administrandi hoc Sacramentum.

Dico, vel medianibus Episcopis tamquam ejus delegatis; quia quod Pontifex per se ipsum potest potestate ordinariâ jurisdictionis, videtur etiam posse per alium. Quidni possit? Siquidem *Moxe maiorum ita comparatum est, ut ut demum iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure, non alieno beneficio haberet.* Lege 5. ff. de Jurisdictione. Enimverò *Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per se ipsum.* Reg. 72. de Reg. Juris in 6. Igitur delegato Pontificis dispensante, est perinde ac si Pontifex dispensaret.

Quin imò plerumque magis expediat eam facultatem dispensandi alteri committere, qui visâ necessitate locorum sæpe valde distantium, cæterisque circumstantijs maturè expensis, rem certius informatius exequatur; sicut ideo Papa habet Nuntios in partibus.

Quamvis ergo Sacerdotes Græci multis sæculis validè confirmaverint, haud equidem ex sola commissione Episcoporum, sed vel ex tacita dispensatione, seu consensu virtuali ac præsumpto Pontificum, vel certè ex commissione olim data ab Apostolis, qui ( exceptâ dignitate Capituli ) jurisdictionem Papalem habuisse putantur. Sicuti in principio Ecclesie Religiones fuerunt approbatæ ab Episcopis sciente & tacente Pontifice: quo tacito consensu Ecclesia vice Dei sufficienter acceptabat vota, quæ in Religione sic approbata emittebantur.

Et sanè aliud nihil probant testimonia Ambrosij & Augustini, quàm Sacerdotes validè confirmasse absente Episcopo, an ex ipsius dispensatione, an verò Pontificis tacitâ vel expressâ, ibi non dicitur. Quin & Suarius hæc disp. 36. sect. 1. existimat Sanctos illos loqui de eo tempore, in quo Presbyteri simul ordinabantur Episcopi: quod valde displicet Pontio, sed immeritò, ut patet ex dictis Concl. præcedenti. Res non meretur longiorem discussionem. Placeat tamen breviter respondere ad ea, quibus

61.  
Fundata in solius Episcopi dispensatione.

Potestas committendi referret penes Episcopos, nisi esset Pontifici reservata; ut aliqui volunt.  
Pontius.  
Ledesma.  
Layman.  
Salmeron.

Potest enim Episcopus in sua diocesi quicquid Papa in tota Ecclesia;

60.  
Idque confirmat consuetudo Græcorum,

62.  
Respondetur equidem Græcos hoc non voluisse ex sola Episcoporum commissione,

Sed vel expresso, vel tacito Ecclesie consensu;

Quod solè probant testimonia Ambrosij & Augustini;

aliqui probare contendunt, numquam à Gracis Sacerdotibus validè fuisse administratum hoc Sacramentum.

Atque in primis, nemini mirum videri debet, quòd Bulgari à Presbyteris Photianis confirmati, ab Episcopis Latinis fuerint reconfirmati. Siquidem declarat Synodus VIII. can. 4. quæ collata sunt Photio, & ipse in alios contulit sacra ministeria nullius esse efficacis; Ergo nec Photius verus Episcopus; nec ab illo ordinati veri Sacerdotes.

Sed esto, fuerit Photius verus Episcopus: num etiam Bulgari veri ipsius subditi? Minimè. Ergo dispensatio Photij respectu Bulgarorum invalida; nam potestas remota, quam habet simplex Sacerdos, in ordine ad confirmandum compleri debet per jurisdictionem datam à Pontifice, vel saltem ab Episcopo. Jurisdictio autem essentialiter respicit subditum; ergo Confirmatio istorum Bulgarorum etiam ex hoc capite fuerat invalida.

Licet quippe ipsa Confirmatio secundum se non sit actus jurisdictionis, sed Ordinis, ut priùs diximus; adeoque Episcopus possit quemlibet, etiam non subditum, validè confirmare; secùs tamen dispensatio sive commissio facta Sacerdoti; quæ proinde non solum respicit subditum, cui committitur potestas, sed necessario quoque subditos, quibus Sacramentum ex tali potestate ministratur; sicuti delegatio jurisdictionis, per quam completur potestas ordinis ad absolvendum à peccatis non egreditur subditos delegantis.

Eodem planè modo, quo Sacerdos habens potestatem delegatam conferendi Minores ordines, Subdiaconatum, aut Diaconatum, invalidè confert illos Ordines non subditis jurisdictioni delegantis, aut subditis, respectu quorum non habet privilegium; licet Episcopus, qui habet potestatem ordinariam per se & primario vi suæ Ordinationis Episcopalis, quemlibet, etiam non subditum, & contradicente v.g. Pontifice, validè ordinet, ut proprio loco dicitur.

Nec quempiam moveat, quod olim scripsit Innoc. III. Lucio Vicario suo apud Constantinopolim constituto ( & refertur cap. quanto 4. de Consuetudine ) Pervenit ad audientiam nostram, quòd quidam simplices Sacerdotes apud Constantinopolim ea Sacramenta presumant, fidelibus exhibere, quæ ab Apostolorum tempore fuerunt solum Pontificibus reservata, ut est Sacramentum Confirmationis, quod chrismando renatos soli debent Episcopi per manus impositionem conferre: ad excusandas excu-

siones in peccatis solum consuetudinem praetendentes.

Et infra: Discretionis tue mandamus, quatenus omnibus Presbyteris districte prohibeas, ne talia de cetero sua temeritate presumant, quæ licet non sint à fidelibus contemnenda: tutius tamen est, ea sine periculo ex necessitate ( quæ legem non habet ) omittere, quam ut ab his, quibus ea conferre non licet, ex temeritate ( quæ lege damnatur ) non sine gravi periculo inane conferantur; cum umbra quadam offendatur in opere, veritas autem non subeat in effectum.

Hæc, inquam, neminem movere debent; quia ut notat Pontius parte 4. c. 5. n. 13. loquitur de solis Presbyteris Latinis, qui illo tempore dominabantur Constantinopoli, ut Historici tradidere, inquit ille.

Probatum autem ista interpretatio, quia extat lib. 2. Epist. Innoc. quadam Epistola ad omnes Latinos tam Clericos quam laicos apud Constantinopolim constitutos, ut legato Apostolico obtemperent.

Extat etiam simul alia ejusdem Innoc. Epist. ad Lucium Vicarium suum in illis partibus, ex qua Epistola textus ille desumptus videtur, ubi inter alia, sequentia lego: Volentes igitur hæc & alia, quæ oculis Divinae Majestatis offendunt, de agro domini extirpari, discretionis tue per Apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus omnibus Latinis Presbyteris, apud Constantinopolim constitutis districte prohibeas, ne talia de cetero sua temeritate presumant &c. Quid clarius?

Hanc interpretationem non patitur Innoc. IV. qui in litteris ad Episcopum Tusulanum Apostolica Sedis legatum in Regno Cypri ( quæ extat apud Cherubinum bulla 14. edita anno 1254. 2. Non. Martij Pontificatus Innoc. anno 11. ) §. 3. n. 4. sic statuit: Sols Episcopi consignem Chrismate in frontibus baptizatos, quia huius unctio non debet nisi per Episcopos exhiberi.

Sols, inquam, Episcopi, utique Greci in Regno Cypri commorantes, inter quos ex una parte, & Archiepiscopum Nicosensem & ejus Suffraganeos Latinos ex alia, exorta fuerat controverfia de quibusdam certis articulis. Et patet manifestè ex n. 1. illius §. 3. qui sic incipit: Circa hæc itaque sic de liberatio nostra resedit, ut Greci eiusdem Regni in unctioibus &c.

Quid igitur? Non dubium quin in potestate Pontificis sit, consuetudinem illam prohibere, & prohibendo cassare & annullare, quod vi illius attentatum fuerit. Putat tamen Pontius, quandoquidem ille litteræ solum datae fuerint pro regno Cypri, toto fere oriente contrarium observante, legatum Pontificis propter scandalum noluisse decretum

63.

Commissio facta Sacerdoti respicit subditum ministrum, & subditos quibus ministratur.

Confirmatio à simili.

64.

Et sic tenet...

decretum promulgare, neque executioni mandasse, eò quod fieri commodè non posset.

Sed hæc mera conjectura est; promulgatum fuerit vel non; solum inde sequitur à tempore promulgationis in illo Regno Presbyteros non potuisse validè confirmari; neutiquam autem consuetudinem antecedentem fuisse illegitimam.

66. Similiter respondetur ad Clementem VIII. qui in brevi quadam instructione super aliquibus ritibus Græcorum (habetur apud Cherubinum Bulla: Sanctissimus Dominus noster 34. edita 1595. die 31. mensis Augusti, Pontificatus ipsius anno 4.) primò omnium decernit: Presbyteri Græci baptizatos Chrismate in fronte non consignent.

Notandum autem illam instructionem directam fuisse ad Episcopos Latinos; in quorum Diocæsihus Græci, vel Albanenses Græco ritu viventes, debebant, & per consequens illam prohibitionem factam fuisse solis Presbyteris Græcis inter Latinos commorantibus. Probè enim sciebat Pontifex in Græcia valde difficile fore, ut ea constitutio acceptaretur à Græcis Presbyteris inter Græcos degentibus. Atque ut ad omnes omnino directà fuisset, ad summum sequitur ab illo tempore & deinceps confirmationem istorum Presbyterorum fuisse invalidam.

67. Nec obstat quod ibidem secundo loco statuit Pontifex dicens: Episcopi Latini infantibus seu alios baptizatos, à Presbyteris Græcis de facto Chrismate in fronte consignatos, confirment; quoniam loquitur de infantibus & alijs baptizatis subiectis Episcopis Latinis, Quis autem dederat Presbyteris Græcis commissionem confirmandi sibi non subditos?

Deinde Græcis aut omnibus, aut saltem aliquibus tota potestas confirmandi à Phœtiano tempore adempta fuerat. Quia tamen dubitari poterat an postea non fuisset restituta, propter eam, quæ habetur in fine Concil. Florent. de quibus supra, addidit Pontifex: Tutius videtur ut cum cautela & sub conditione id faciant, videlicet, Nisi si non es confirmatus, ego consigno te signo crucis, & confirmo te Chrismate salutis in Nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Præsertim verò cum verisimiliter dubitari potest, quod ab Episcopis Græcis fuerim baptizati, per consequens validè confirmati, cum illo tempore utrumque Sacramentum simul conferri solet.

Prudenter itaque Clemens voluit repeti Sacramentum Confirmationis, saltem sub conditione; tum propter dubietatem com-

missionis sive à Pontifice, sive etiam ab Episcopis, quos ritè ordinatos vehementer ambigi poterat; tum etiam propter incertam materiam, cum verum Chrisma apud ipsos rarissimum esset, sive ex defectu materia, sive ex defectu consecrationis à legitimo Episcopo.

Neque fortius urget quod adducitur ex Bulla Pij IV. quæ incipit Romanus Pontifex, apud Cherubinum 74. edita Anno 1564. die 16. Febr. Pontificatus anno 5. tum quia dirigitur ad Episcopos Latinos Regni Siciliae, in quorum diocæsihus commorabantur Græci: tum quia intentum Pontificis solum fuit subijcere Græcos jurisdictioni Ordinariorum circa ea, quæ Dei cultum & Sacramentorum administrationem animarumque salutem & hæresum extirpationem concernunt.

Colligo ex verbis sequentibus: Ut ipsi locorum Ordinarij quascunque Græcorum Ecclesias, Monasteria, Prioratus, & alia pia loca, tam secularia quam cuiusvis Ordinis regularis, eorumque Prælatos, etiam Episcopali, Archiepiscopali, ac maiori dignitate præfulgeant, nec non Abbates, Rectors, Ministros, & quasvis alias eiusdem nationis personas in suis civitatibus & diocæsihus consentientia, quoties opus fuerit, visitare, ac in illis ordinariam suam iurisdictionem, plenamque, & omnimodam superioritatem, in ijs quæ Dei cultum, & Sacramentorum administrationem & animarum salutem, hæresumque extirpationem concernunt, exercere & exequi libere & licitè valeant.

Nota quod attestatur: Reliquis ipsorum Græcorum in divinis, alijsque ritibus à Sede Apostolica approbatis, hæc non privilegij & gratij Apostolicæ intellus remanentibus. Jam autem ritus confirmandi per manus Presbyterorum apud Græcos videtur in Concilio Florent. per Eugenium approbatus.

Denique, ut finem imponam huic discussui, nullius momenti est, quod aliqui opponunt ex literis Palæologi Imperatoris Græcorum missis ad Gregorium X. in Concil. Lugdunensi II. OEcumenico, ubi Imperator inter cætera sic ait: Tenet etiam & docet eadem sancta Romana Ecclesia septem Ecclesiastica Sacramenta, unum scilicet Baptisma, de quo dictum est supra, aliud est Sacramentum Confirmationis, quod per manuum impositionem, Episcopi conferunt christizando, renatos. Quam esse veram sanctam, Catholicam & Orthodoxam fidem corde & ore proficitur.

Profitetur omnino, ut etiam Sacramentum Eucharistiæ in azimo confici, ibi: Sacramentum Eucharistiæ ex azimo conficit sancta, Romana Ecclesia. Num ideo in illo Concilio

saltem sub conditione.

68. Neque fortius urget bulla Pij IV.

Utpote directà ad Latinos regni Siciliae,

Cum intentione subijcendi Græcos jurisdictioni Ordinariorum,

69. Multo minus urgent littere Palæologi Gregoriorum Imperatoris,

Profitentis Sacramentum Confirmationis conferri per Episcopos

Prudenter itaque Clemens voluit repeti Confirmationem.

Concilio abrogatus fuit mos Græcorum conficiendi Eucharistiam in fermentato? Minimè.

Profitetur ergo Imperator Eucharistiam in aximo confici scilicet in Ecclesia Latina, & similiter in Ecclesia Latina conferri Sacramentum Confirmationis per manûs Episcoporum: Num propterea abrogata consuetudo Græcorum confirmandi per impositionem manuum Presbyterorum? Nequaquam.

Attendite verba, quibus Imperator concludit suam professionem: *Rogamus magnam Sanctitatem vestram, ut Ecclesia nostra Græcorum dicat sanctum Symbolum, sicut dicebat hoc ante schisma usque in hodiernum diem, ut permancamus in ritibus nostris, quibus utebamur ante schisma, qui scilicet ritus non sunt contra supradictam fidem, nec contra divina precepta, nec contra doctrinam novi & veteris Testamenti, nec contra sanctum Concilium universalem istorum Patrum approbatorum, à sanctis spirituali dominatione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ celebratis. Hoc igitur non grave est vestre magnæ Sanctitati, nec massuetum, & nobis nunc difficile, propter infinitam multitudinem populi.*

Porrò in rescripto Pontificis ad eundem Imperatorem, & alio ad ejus filium, nihil est, quod vel leviter indicet id, quod de ritibus conservandis exposcitur, fuisse denegatum: Immo fuisse indultum non parùm probatur ex confessione Eucharistiæ in fermentato.

Hæc de commissione Episcopali apud Ecclesiam Græcam, & consuetudine confirmandi per manûs Presbyterorum; qui plura voluerit adeat Basilium Pontium loco supra memorato.

Redeo ad commissionem Pontificiam, & quæro Primò, an si non liceat, saltem valeat sine justa causa? Secundò, an expiret morte committentis? Et Tertio, an alteri fieri possit quàm Sacerdoti? Ut autem ab illis, quæ faciliora sunt & magis certa incipiam: Respondeo ad 2. & 3.

CONCLUSIO V.

Commissio sive dispensatio Pontificia administrandi Sacramentum Confirmationis non expirat morte Pontificis. Nequit fieri alteri quàm Sacerdoti.

Posterioris partis ratio est; quia non legitur Papam aliquando illam potesta-

tem concessisse Clerico inferioris gradus, minùs laico. Quod argumentum negativum magis hæc obtinet, quàm in alijs materijs; quia ex praxi Ecclesiæ præcipuum sumitur argumentum asserendi, Pontificem validè hoc Sacramentum committere simplici Sacerdoti; ex illa quippe sola colligimus voluntatem Christi, quæ est ratio à priori.

Planè autem conveniebat, ut qui habet potestatem propinquam in corpus Christi verum, haberet saltem remotam in corpus fidei, Christi mysticum, etiam quoad ministerium hujus Sacramenti, quoniam licet non necessarium per se, interdum tamen per accidens, & semper valde expediens utilitati fidelium.

Si inferas: ergo etiam habet potestatem remotam ordinandi Sacerdotes, vel Diaconos.

Resp. neg. conseq. quia nullibi legitur illis concessa talis potestas propinqua, saltem conferendi Ordinem sacrum Sacerdotij nam de Ordine Diaconatus, aliqui dubitant; & nos cum illis, ut proprio loco videbimus. Deinde par non habet potestatem in parem; & Diaconus cum sit immediatus minister Episcopi, ab illo congruit eligi, & non ab inferiori.

Nec obstat quòd unus Episcopus ordinet alium, quoniam nullus datur ipso superior; & ita fieri posse docet praxis Ecclesiæ.

Venio ad priorem partem, cujus ratio petitur ex cap. *Si super gratia* 11. de Offic. deleg. in 6. ubi generaliter statuitur gratiam (qualis est præles commissio) non expirare morte concedentis ibi: *Vi sunt ipsa gratia licet nondum sit in eius executione processum morte non perimitur concedentis; sic nec etiam re integrè perimatur executoribus data potestas, quam veluti gratia predicta accessoriam, naturam sequi congruis principalis. Ubi cum jus non distinguat, nec nos debemus distinguere, nisi ratio cogat.*

Et quamvis jura videantur loqui in casibus particularibus, tamen non utuntur ratione aliquà pertinente ad solos illos casus; sed magis formà concessionis, quæ in omnibus est eadem. Quæ ergo ratio istius juris? Ne gratiam eandem vel reddi quandoque omnino inutilem, vel ipsius effectum in tempus longius (cum illius dispendio cui facta extitit) differri contingat. Ita Bonifac. VIII.

Cæterùm quòd aliqui dicunt, textum illum loqui in materia beneficii, fallum esse probant verba textus: *Si super gratia cuiquam ab Apostolica sede facta executoris fuerint deputati, æquum esse censemus, ut sicut ecc. ut supra;*

Quis loquitur de Ecclesia Latina.

Unde expicit conservationem veterum rituum.

Quæ non fuit negata à Pontifice, sed potius indulta, ut patet ex confessione Eucharistiæ in fermentato.

70.

71. Commissio Confirmas.

supra; in quibus patet nullam fieri mentionem beneficii; unde & Titulus illius capituli sic habet: *Executor super gratia facta datus à Papa &c. non dicit; super gratia beneficii; sed simpliciter, super gratia, scilicet quacumque.*

Et ut sic esset, si gratia in materia ambitiosa, quæ ab omnibus reputatur odiosa, non expirat morte concedentis, quantum minus in materia favorabili, qualis est administratio Sacramentorum?

Profecto nullum jus positivum offendi potest, quod in tali materia limitat concessionem absolutam privilegij ad vitam concedentis. Faveatque ratio naturalis dicans Pontificem talem posse habere voluntatem.

Unde quando restringere vult gratiam privilegij, addit ly *Ad beneplacitum meum, Quamdiu voluero*, aut similem particulam, quæ expressè significet gratiam cum morte concedentis expirare. Quando ergo absolute concedit (de qua concessione intelligo nostram responsum) absque hujusmodi particulis, evidens signum est, quod velit voluntatem suam valere, etiam post mortem, juxta Reg. juris 16. de Reg. Juris in 6. *Decet concessum à Principe beneficium esse mansurum.*

75. Hanc doctrinam aliqui limitant, nisi solum datum esset mandatum, certas aliquas personas confirmandi; hoc enim morte concedentis expiraret, argumento cap. 36. de Præbendis in 6. ibi: *Secus si super provisione certa persona facienda sit data potestas eidem non ob suam, sed eius cui provideri mandatur gratiam vel favorem: illa quidem expirat omnino, si concedens re integrè moriatur.*

Excipiunt aliqui, si solum esset mandatum aliquas personas Confirmandi argumento cap. 36. de Præben. in 6. Sed hoc ius tantum loquitur de materia beneficii.

76. Si dixeris: potestas illa confirmandi non est gratia, seu privilegium concessum, sed tantum concedendum; etenim cum non sit data in favorem confirmantis, respectu illius non habet rationem privilegij; non etiam respectu confirmandi; siquidem ille nullum adhuc jus

acquisivit, sed tantummodo via parata est ad gratiam obtinendam.

Respondeo: quid si Pontifex committeret potestatem confirmandi nullam personarum facta expressione, equidem in favorem dumtaxat confirmandorum; num propterea talis delegatio non esset gratia concessa, sed solum concedenda?

Esset, inquis; gratia concessa; quia particularis intentio Principis nequit mutare naturam rei secundum se. Jam autem potestas generalis confirmandi ex natura sua est verus favor simplicis Sacerdotis, cui committitur.

Optima responsio. Sed interrogo rursum: quidni etiam potestas restricta sit verus favor, quamvis non tam magnus? Si quidem sine illa invalidè confirmat, & habità liberè utitur. Aut si necessariò confirmat hanc particularem personam, quomodo jam non est gratia facta ipsi confirmando? Etenim ante effectum istius privilegij, acquisivit strictum jus ad illum obtinendum. Sed de hoc impræsentiarum sitis, quia propria ejus tractatio spectat ad materiam de privilegij.

Supereft prima questio; an videlicet commissio administrandi Sacramentum Confirmationis facta simplici Sacerdoti si non liceat sine justa causa, saltè valeat? Communior responsio est

## CONCLUSIO VI.

Pontifex graviter peccat delegando sine justa causa potestatem administrandi Sacramentum Confirmationis simplici Sacerdoti. An autem quod factum fuerit valeat, sub iudice lis est.

Prima pars non indiget probatione: siquidem talis delegatio est abusus jurisdictionis, quæ data est à Christo Pontifici, non in destructionem, sed ædificationem; præsertim cum cedat aliquo modo in præjudicium ministri Ordinarij. Itaque congruum regimen Ecclesiæ requirit justam causam, saltè ad licitam dispensationem. Unde appositè Concil. Florentinum: *Legitur, inquit, aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem ex rationabili & urgente admodum causa &c.*

PPP

Quòd

Solutio.

77.

78. Pontifex sine causa committens Confirmationem graviter peccat.



Equidem si factum fuerit, valet.

Quod autem hæc causa non sit necessaria ad valorem probant communiter DD. quia illa delegatio non est propriè dispensatio, utpote quæ non ita fit contra legem, quàm secundum legem & institutionem Christi, qui etiam simplices Sacerdotes, ut supra dictum est, instituit ministros ex commissione.

Sanè, inquis, tot ævis Græci Presbyteri indiscriminatim habuerunt talem commissionem; quod signum est non adeò requiri causam, saltem ad valorem; aut si requiratur, eam non posse moraliter seu practicè deesse. Speciosa verba.

Quid si ergo Pontifex hoc tempore committeret istam potestatem omnibus Sacerdotibus Belgij: an quia Græci tot ævis ex justa causa confirmarunt, puta, quia simul administrabant Baptismum, Confirmationem, & Eucharistiam, an inquam, ideo non deesset justa causa in Belgio, ubi hæc consuetudo non viget, sed separatim administratur Baptismus cum unctione in vertice? Credat qui volet.

Cur hæc commissio vocetur dispensatio.

Interim vocatur hæc commissio à Florentino supra dispensatio, vel quia Concilium attendit factum Gregorij, qui antea expressè prohibuerat Confirmationem Sacerdotibus (quamvis & ista nova commissio fuerit abrogatio legis magis, quàm dispensatio) vel quia est quid simile dispensationi, eà scilicet ratione, quâ Prælati tamquam dispensatores mysteriorum Dei & procuratores supremi, dispensant jurisdictiones, facultates & privilegia, etiam non contraria legibus. Sicuti nec dispensatio votorum est propriè dispensatio in lege, sed condonatio obligationis ortæ ex voto facta à Prælato nomine ipsius Dei.

79. Dubium est cur hæc dispensatio non sit invalida, si sit dispensatio voti.

Sed hinc oritur quæstio, cum dispensatio in voto sine justa causa non solum sit illicita, sed etiam invalida, ut communiter docent Theologi, cur non similiter erit invalida dispensatio sine justa causa in ministro Confirmationis? Nam ratio videtur eadem, puta quia alioquin Deus dedisset specialem potestatem ad id quod illicitum est, ut proinde meritò Deo peccatum istud imputaretur. Vel assignetur alia ratio quare dispensatio in voto sine causa sit invalida.

80.

Audio dicentem, & sic argumentantem: Superior qui dispensat in præcepto jejuniij, censetur dispensare etiam in casu, quo dispensatus peccat, comedendo cibos sanitati noxios. Similiter Prælati Regularis, qui dat subdito suo licentiam

Instantia.

generalem, v. g. emendi, censetur etiam dare licentiam emendi res superfluas; nemo quippe judicat emptorem talium rerum esse invalidam, quamvis sic illicita. Ergo eodem modo in hoc Sacramento, commissio confirmandi facta sine justa causa à Pontifice, ex generali jurisdictione à Deo ipsi concessa, valida erit, quamquam illicita.

Responderi posset Primò, negando assumptum; siquidem obstat Reg. 81. de Regul. Juris in 6. *In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.* Non est autem verisimile Superiorem ea in specie fuisse concessurum.

Respondetur Secundò, negando consequentiam. Ast quæ ratio disparitatis? Fateor difficilis est. Interim hanc propono Doctioribus examinandam & corrigendam. Commissio illa sive delegatio potestatis administrandi Confirmationem præcisè illicita est, quatenus procedit ex concessione divina; absque illa enim invalida esset, adeoque in nullo præjudicaret bono regimini Ecclesiæ, vel juri illorum, quorum per se est Confirmationem ministrare.

At verò in alijs casibus malitia, ut patet, oritur ex aliqua circumstantia, in qua nec potest, & per consequens, nec censetur Superior dispensare; & idcirco non cooperatur vel consentit peccato alterius, cum solum præstet concursum generalem & indifferentem.

Sicuti Deus dans potestatem conferendi Eucharistiam, esto Sacerdos existens in statu peccati mortalis valide consecret, non ideo tamen censetur cooperari illi actioni malæ; quia non intendit talem illicitum usum, licet det potestatem universalem, & indifferentem ad usum bonum & malum. Ergo similiter Prælati Religionis, quamvis nequeat determinatè concedere licentiam ad emptionem rerum superfluarum; quia hoc esset determinatè cooperari peccato subditi; tamen videtur posse in universum concedere potestatem, cedendo jure suo, ita ut ex illa parte non habeat talis emptio malitiam injustitiæ aut proprietatis.

Veluti si quis peteret à te licentiam utendi pignore sibi mutuato, polles ipsi dare licentiam generalem, non excipiendo usum illicitum, etsi determinatè non posses concedere ad istum usum illicitum.

Nec obstat dictis, quòd Pontifex concedit

dens Episcopo ut possit testari, non censetur concedere potestatem testandi ad usum profanos; nam cum possit utrumque, & aliunde dispensatio sit odiosa (nisi utrumque explicet) intelligitur una dispensatio, & non duplex, quando ablatio unius impediendi non est necessaria ad auferendum aliud.

Jam autem in casu quo Superior dispensat in lege jejuniis, aut concedit subito licentiam aliquid emendi, vel recipiendi; cum non possit intercedere nisi una dispensatio, aut licentia; quippe etsi velit, non potest comestionem cibi infalubris, vel usum rerum superfluum aut turpem reddere licitum; non est cur dispensatio, vel licentia ejus limitetur ad usum honestum, cum in ipsum non spectet auferre illud aliud impediendum, nec oppositionem, nisi cum unica lege.

83. Applico ad propositum. Tametsi Deus sive Christus tribuens Vicario suo Pontifici Romano generale jurisdictionem, non limitet eam ad usum undequaque honestum, quasi actus non valeat, si ex fine v. g. extrinseco sit illicitus, attamen nequit se extendere ad actum intrinsece malum, quatenus præcisè procedit ex concessione divina; talis autem videtur esse dispensatio v. g. in voto sine justa causa, quæ secundum D. Bernard. lib. 3. de Consideratione c. 4. non plane dispensatio, sed ex-  
*delis dispensatio est.*

Secus consecratio Eucharistiæ in malo statu; hæc enim ex objecto suo bona est & honesta, ab extrinseco tantummodo viciata; dispensatio verò ex se est actus indifferens, & potius malus, quia causativus difformitatis inter membra reipublicæ, nisi accesserit justa & rationalis causa. Hæc dicta sunt disputationis ergo, non resolutionis.

84. Ceterum putant multi, & non improbabiler (exemplo dispensationis voti) dispensationem in ministro Confirmationis sine justa causa, non solum esse illicitam, sed etiam invalidam. Ita novissime Dicastillo hic n. 113.

Ubi occurrens tacite cuidam objectioni, inquit, non est autem simile de potestate Ordinis, aut characteris sacerdotalis, quæ potestate Sacerdos potest valide abuti; ea enim est habitualis quædam potestas collata in Ordine, & permanens. Hæc autem est potestas jurisdictionis longè dissimilis, & ad aliquid extraordinarium efficiendum, quod à Deo concedi, in tantum videtur rationale, in quantum deservit ad bonum animarum. Hæc Ille.

Et continuo subjungit: Tutam nihilominus puto sententiam Suarii & aliorum, qui hanc commissionem non appellant propriè dispensationem; sed quòd ex sua institutione habeat hoc Sacramentum utrumque ministrum, illum scilicet Episcopum, tamquam Ordinarium, hunc verò scilicet Sacerdotem, tamquam extraordinarium, & sub conditione, si à Papa committatur, sive ea commissio ex justa causa fiat, sive secus.

Illud ego verum puto, prosequitur dictus Auctor num. 116. talem Sacerdotem, si omnino ei constet injustam fuisse commissionem; ita ut nulla sit causa hæc & nunc sufficiens ministrandi; peccare: tum, quia res est dubia, an tunc ipse sit sufficiens minister essentialiter: tum, quia sicut jure naturali divino tenetur, qui concessit potestatem; illam non concedere, & concessam revocare, ita & qui admittit tenetur saltem illa non uti, nisi forte pro casibus, in quibus si occurrerent tempore concessionis facultatis & commissionis, justa esset commissio; tunc enim commissio illa secundum probabilem opinionem valide concessa, ratione causæ sufficientis supervenientis transit in licite concessam, quantum est ex parte objecti, id est, ex parte facultatis concessæ, quam pro talibus, & cum talibus circumstantiis licite poterat tunc Sacerdos ille petere, obtinere & retinere. Hactenus Dicastillo.

Sed quid dicam? Mundus, & si dicere liceat, Ecclesia regitur opinionibus, ubi deest clara definitio fidei. Hinc quod unus Doctor putat verum, alius existimat plus quam falsum. Si ergo aliquis dixerit falsum, quod Dicastillo putat verum, noli mirari.

Quippe licet defectu causæ præcognito, peccatum sit petere, aut dare dispensationem; oblatam tamen licet acceptare, & obtentâ uti si probabilis est sententia, eam valere. Ergo cum probabilis sit opinio, teste ipso Dicastillone, valere tal em commissionem, quamquam peccatum sit eam petere, vel dare, videtur tamen licitum oblatam acceptare, & obtentâ uti, nisi obstat lex justitiæ vel charitatis, aut speciale præceptum Ecclesiæ.

Siquidem (ut vult Vasquez) Sacramento nulla fit injuria, cum probabiliter valeat. Neque ministro Ordinario, quia hoc ipso quò mihi validè, quamvis illicitè, datur absoluta potestas confirmandi independentè à consensu cujuscumque, tollitur jus Episcoporum, quod ipsi soli habebant

Tuta nihilominus est opposita sententia Suarii & aliorum.

An Sacerdos sine causa utentis tali potestate peccet?

85

Probabilis aliquibus videtur quòd non

Quia nequè Sacramento fit injuria,

Neque ministro ordinario; ad ministerium hujus Sacramenti; implicat siquidem me habere, & ipsos solos; sic quippe haberent soli, & non haberent soli.

86. Pono casum: Pontifex illicitè, quamvis validè, deponit Petrum à suo Episcopatu, Joannes accipit provisionem Apostolicam, & consecratur? Num propterea confirmando peccabit? Alius casus sit: Papa delegat alicui sine justa causa jurisdictionem universalem absolvendi à peccatis, acceptat, absolvit poenitentes. Quis eum audeat arguere de peccato? Quamvis enim delegatio seu privilegium, ut rationabiliter concedatur, requirat justam causam; supposito tamen quod valeat, usus privilegij istius non videtur aliam causam requirere, quam utilitatem, vel necessitatem Sacramenti.

Ut in quibusdam casibus exemptificatur.

Sicuti, ut Joannes licitè eximatur ab aliqua lege, requiritur quidem justa causa; equidem ex hypothesi quod exemptio valeat, illa ipsa exemptio sufficiens ratio est, ut sine peccato possit legem non observare. Enimvero tametsi legislator peccet non revocando dispensationem, cum possit illam revocare, & ex officio teneatur procurare uniformitatem membrorum in observantia istius legis; hinc tamen non rectè inferitur: ergo etiam peccat subditus non renuntians, & consequenter utendo.

Neque sequitur: legislator peccat non revocando dispensationem; ergo etiam subditus non renuntians.

Ratio disparitatis est.

Ratio disparitatis est manifesta, quia vel non potest, cum obligatio legis pendeat à sola voluntate Principis, vel etiamsi possit, attamen ex officio non tenetur, cum ipse non sit procurare uniformitatem in observantia legis, ubi ex hypothesi est difformitas in obligatione.

Et casus conclusio applicatur.

Ergo à simili (non à pari) etiamsi Pontificis sit revocare commissionem simplici Sacerdoti factam sine causa, ut sit uniformis observantia legis divinæ prohibentis simplicibus Sacerdotibus confirmare; non tamen idcirco peccat simplex Sacerdos, cui commissio extraordinaria facta est; quia vel non potest ei renuntiare (maximè si semel acceptaverit) utpote quæ dependet à sola voluntate committentis, vel saltem non tenetur ex officio procurare illam uniformitatem, supposita difformitate in commissione.

87. Dices: peccat cooperando superiori ad illicitam dispensationem. Respondeo cum distinctione; inducendo, vel excitando per iniquam postulationem, concedo; acceptando, aut exequendo, nego. Et quidem executionem non esse cooperationem, nemo ambigit; quid enim manifestius, quam totam malitiam indebitè dispensa-

Neque verum est quod acceptando cooperetur iniquæ actioni superioris.

tionis perfectæ & completæ existere ante executionem.

Quin & ipsa acceptatio, est necessaria sit ad effectum; non tamen ut concally, sed ut conditio, quam ponere solum est permittere effectum, non facere; quod ex justa causa licet, qualem potest habere subditus acceptandi dispensationem, quamvis superior non habeat ad dispensandum; subditus siquidem, ut diximus, ex officio non obligatur procurare bonum commune, & magis attendit bonum privatum, ubi commune non graviter, vel extreme periclitatur.

Adde in sola voluntate superioris externo signo manifestarà, intelligi totam malitiam gravem illius actionis, ita ut effectus consequens nullam superinducat difformitatem contra legem Dei aut Ecclesiæ. Sicuti quando beneficiarius donat de fructibus beneficii ad usus superfluos, quamvis ipse peccet donando; tamen qui acceptat in probabili sententia non peccat. Similiter multi docent (quamvis contrarium existimem verius) uxorem licitè reddere debitum viro, illicitè petenti propter votum castitatis.

Ratio; quia petitio & donatio, quæ tantum sunt contra prohibitionem præcedunt acceptationem & redditionem. Porro acceptatio & redditio non sunt causa, quod alter voluerit dare aut petere; sed quod voluntas dandi & petendi consequantur suum effectum, qui ex se bonus est; acquisitio scilicet dominij, & copula conjugalis; ac in præsentia controversia potestas confirmandi; & ipsa Confirmatio. Plura alibi hæc per transennam dicta occasionem dabunt sedulo lectori ulterius veritatem rei indagandi, quæ non modicas patitur difficultates, proprijs locis expediendas.

Solum noto, sicuti dispensatio proprie dicta absolute concessa, cui ab initio justa causa suberat, eà cessante non desinit valere; ita non expirare commissionem confirmandi, quando videlicet à principio justa causa suberat, absolute, & pro perpetuo tale privilegium concedendi.

An autem inde sequatur, cessante inopia Episcoporum in novo orbe, adhuc Presbyteros, quibus id antea concessum fuit, validè confirmare, valde dubito, si inopia Episcoporum fuerit causa adæquata; quippe quod hoc die sit necessitas confirmandi in absentia Episcopi; non apparet causa sufficiens dispensandi pro toto tempore subsequenti, etiam in ejus presentia.

Judico quidem effectum hujus commissionis absolvi unico actu, nec habere tractum.

Secus si improprio...

89.

tractum successivum, ut vocant, veluti effectus dispensationis in jejunio quadragesimali ex causa sanitatis; hoc tamen non est satis, ut quilibet commissio censetur perpetua, siue usque ad revocationem, quando aliunde constat causam esse improprietatam: unde tunc censeri debet, Pontificem noluisse dare suam delegationem ultra exigentiam causa, adeoque cessante causa cessare; praesumitur enim superior bonus, nisi probetur malus; peccaret autem si vellet pro causa unius anni, concedere potestatem pro perpetuo.

Nihilominus facile crediderim causam nunquam, aut rarissime ex toto cessare; semper quippe manet periculum invaliditatis Sacramenti, & innumeris feruulis, quibus exponuntur hujusmodi extraordinarij ministri, dum dubitant de cessatione causa, maxime cum plerumque non constet, quae fuerit adequata causa concessionis, & saepe fieri possit, ut partialis causa remanens, sola à principio sufficeret.

Iustè ergo ita interpretamur mentem Pontificis, ut velit commissionem esse & manere validam (nisi aliud exprimat) donec expressè ab ipso, aut successore revocetur: & hæc via exculare possumus Sacerdotes in novo orbe constituentes, etiam ubi amplius non est inopia Episcoporum, quamquam hæc fuerit saltem partialis causa prima delegationis.

90.

Quæ cum ita sint, dico dispensationem, seu potius commissionem administrandi hoc Sacramentum datam sine causa simplici Sacerdoti, probabiliter valere, & etiam probabiliter non valere; æquidem cum in pari causa jura faveant valori actuum, & in dubio valorem præsumant, & nos cum illis, ac potiori parte DD. eum præsumamus; præsertim quando solum dubitatur de sufficientia causa, in quo dubio Pontifex non solum validè, sed etiam licitè delegat, & subditus licitè exequitur Superioris mandatum.

91.

Cæterum cum, ut dictum est, hæc delegatio sit actus jurisdictionis, sufficere debet Papam esse electum, etsi nondum confirmatus, neque Episcopus, neque Sacerdos. Quod si sit tantum Sacerdos, sicut alijs, sic & sibi ipsi potest hoc Sacramentum committere. Quidni posset, quemadmodum princeps sibi ipsi & alijs potest concedere privilegium, secum & cum alijs dispensare, ut communiter docetur in tractatu de legibus?

Et si quaeratur ratio in promptu est; quoniam sunt actus jurisdictionis voluntariæ, qui non postulant distinctionem per-

sonalem inter eam, qui jurisdictionem exercet, & eum in quem exercetur jurisdictionis distinctionem; inquam, personalem, utique requisitam ad actus jurisdictionis contentivæ, qui scilicet habent contradictorem & inter contententes exercentur, adeoque redduntur in invitos, & exigunt coactionem vel propriam sententiam, per quam dicitur jus inter partes.

Dices, ad omnem jurisdictionem requiritur superioritas: atqui idem non potest esse superior & inferior se ipso; ergo &c. Respondes distinguendo Minorem: idem non potest esse superior & inferior se ipso sub eadem ratione, concedo: sub diversa ratione moralis, nego; quatenus videlicet est pars, & caput corporis politici; quippe ad caput pertinet non solum reliquas partes, sed etiam seipsum regere.

An autem Sede Pontificis vacante possit hæc potestatem delegare Collegium Cardinalium, vel is, qui Ecclesie gubernatio pro illo tempore foret commendata, non est ita certum. Verius putarem non posse; quia, inquit Dicastillo n. 117. hoc extraordinarium est, & solum constat concessum Pontifici, quod sine fundamento ad alios extenderetur. Maxime cum omnibus notum sit, Collegium Cardinalium Sede vacante non succedere in ea, quæ sunt jurisdictionis Papalis.

Unde nec leges ferre potest, nec dispensare, nec alium quemcumque actum (præter illum qui pertinet ad electionem successoris) auctoritate sua, seu jurisdictione quasi Apostolica (quam constat jure divino immediate soli Pontifici pro tempore existenti concessam) exercere; argumento c. 2. Clement. de Electione ibi: Irritum nihilominus & inane decernentes quicquid potestatis aut jurisdictionis ad Romanum, dum vivit, Pontificem pertinentis, nisi quatenus in constitutione prædicta (Greg. X. circa electionem Papæ) permittitur, Cæterus ipse (Cardinalium) duxerit (eandem Sede vacante) exercendum. Jam autem neque in constitutione prædicta Gregorij, neque in aliquo alio jure permittitur Cæteri Cardinalium, ut Sede vacante possint committere administrationem hujus Sacramenti simplici Sacerdoti.

Ex quo patet diversitas inter Cæterum Cardinalium, & Capitulum Episcopale, cui utique Sede vacante legitur in jure, & per jus concessa tota Episcopalis Ordinaria jurisdictionis quoad omnia, in quibus non reperitur limitata; de Supplenda negl. Præl. in 6. c. 3. ibi: Sed Capitulum, ac si Sedes per mortem vacaret illius, in spiritualibus, & temporalibus ministrare

Cum sit actus Jurisdictionis voluntariæ

92.

Et idem possit esse superior & inferior sub diversa ratione moralis.

93.

Verius est sede vacante hanc potestatem delegare non posse Collegium Cardinalium Care. dinalium. Dico.

Sicuti nec alios actus jurisdictionis Papalis exercere, Clemens de Elect. cap. 28

Præter illud, qui pertinet ad electionem successoris.

94.

Alia est ratio capituli Episcopalis sede vacante

Papa delegans sufficit quod sit electus

Et potest sibi ipsi committere

debebit. Et eodem Tit. c. 4. ibi: Nisi forte Capitulum in spiritualibus, & temporalibus negligenter, aut perperam administrat.

Cal à jure  
conceditur  
tota jurisdic-  
tio Epif-  
copalis.

Cur autem Capitulo Sede vacante Episcopali potius concedatur à jure tota jurisdic-  
tio Episcopalis, & non Collegio Cardinalium Sede Pontificali vacante tota  
jurisdic-  
tio Papalis, forte ideo, ut colligi potest ex præallegata Clementina. ne prætextu  
juris regendi Ecclesiam differrent diutius electionem Papæ, ex quo facile plura mala  
possent oriri. Deinde, sicut dixi, jurisdic-  
tio Pontificia est immediatè juris divini, Episcopalis autem juris humani; hanc itaque  
Papa potuit communicare Capitulo, non illam Coetui Cardinalium.

Interim existimo (salvo meliori) posse Pontificem suam facultatem, quam habet committendi Sacerdoti administrationem hujus Sacramenti, posse, inquam delegare Coetui Cardinalium cum potestate subdelegandi. Quæ delegatio, cum sit gratia, non expirat morte concedentis, ut mox ostendimus; adeoque eà uti poterit Coetus Cardinalium Sede vacante, non ut iudex Ordinarius, sed delegatus ad particularem causam.

Hactenus de Ministro tam Ordinario quam extraordinario. Sed quæ utilitas in ministro, si non adfit qui possit & velit Sacramentum legitime suscipere? Nulla pro-  
suds. Ea propter de suscipientibus instituo sequentem sectionem.

## SECTIO TERTIA.

### De Suscipientibus Confirmationem.

I.  
Quædam  
supponuntur  
ex alibi  
dictis.

**S**uppono Primò ex disp. 1. sect. 8. conclus. 2. Ad validè suscipiendam Confirmationem requiritur in adulto aliquis consensus. Suppono Secundo ex eadem disp. & sect. conclus. 3. Ad licitam acceptionem Confirmationis requiritur dispositio ad effectum gratiæ.

Atque hæc quidem omnibus Sacramentis sunt communia, ut locis jam citatis exposuimus. Cæterum more Majorum sic comparatum est, ut à communibus ad singularia, ab universalibus ad particularia descendamus. Si ergo à me quaeritur quænam in particulari sint necessaria ad validè & licitè suscipiendum hoc Sacramentum. Respondeo citius & dico 1.

### CONCLUSIO I.

Omnis, & solus baptizatus non confirmatus validè suscipit Sacramentum Confirmationis.

**E**st communis. Probatum prima pars; quia omnis baptizatus, parvulus sit vel adultus, sanæ mentis vel amens, bene valens vel infirmus, imò statim moriturus, omnes, inquam, illi sunt capaces gratiæ habitualis & characteris, ut patet, item specialis gratiæ Sacramentalis seu auxiliij actualis, quod hoc Sacramentum confert

2.  
Omnes baptizati non confirmati validè suscipiunt Confirmationem.

Quia omnes sunt capaces gratiæ

ad fidem constanter profitendam,

Quamvis enim infantes tempore infantiæ, & amentes tempore amentia non sint proximè capaces auxiliij actualis; sicut nec professionis fidei; sunt tamen remotè, puta, ex vi status viatoris; & ideo velut in actu primo, seu quantum ad jus possunt obtinere illud auxilium ex virtute Sacramenti; quin in actu secundo habebunt tempore opportuno, si videlicet infantes ad adultam veniant ætatem, & amentes ad saniorum redeant mentem, & moriturus supervivant, sequè offerat occasio profitendi. Quod si nihil horum actu eveniat, id est per accidens ad potentiam & capacitatem effectus Sacramenti.

Sicut etiam per Baptismum confertur quantum est ex vi Sacramenti auxilium speciale ad præcepta Christianæ Religionis servanda; & sæpe tamen fit ut parvulus baptizatus numquam actu habeat illud auxilium, si videlicet numquam perveniat ad usum rationis, quò possit tali auxilio voluntariè coöperari.

Cùm ergo homines baptizati cujuscumque conditionis fuerint, quantumvis etiam à dæmone possessi vel oblessi, quos Energumenos vocamus, sint capaces omnium effectuum Confirmationis; quidni etiam ipsius Sacramenti nisi constet de contraria voluntate Christi.

Quod addo; quia mulier est capax omnium effectuum Ordinationis, & tamen incapax ipsius Sacramenti: homo bene valens est capax omnium effectuum Extreme

Unctionis,

Sect. 3. De Suscipiend. Confirmat. Concl. 1. 487

unctionis, & tamen incapax ipsius Sacramenti, defectu voluntatis influentis, quæ sola est ratio à priori determinata materię ac formæ omnium Sacramentorum, similiter determinati ministri, ac suscipientis.

Equidem Christum ab hoc Sacramento exclusisse vel infantem, vel perpetuò amentem, vel moriturum, vel Energumenum nullâ ratione vel auctoritate ne leviter probatur. Quin imò oppositum haud obscure colligitur ex Scriptura Act. 8. & 19. in quibus locis legitur Apostolos omnibus baptizatis nemine excepto manus imposuisse, ut reciperent Spiritum sanctum exemplo utique ipsius Spiritus sancti, qui Act. 2. in die Pentecostes visibiliter descendit, sedisque non tantum supra Apostolos, sed singulos eorum, qui pariter in eodem loco erant congregati, Apostolos, atque discipulos, viros atque mulieres, adultos & parvulos.

Quomodo enim Spiritus sanctus non repletet omnis sexus, status & ætatis homines, cum pro omnibus Christus mortuus sit, & omnibus Spiritum sanctum promiserit? An non omnibus dictum est à Christo Matth. 10. v. 37. & 33. Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in caelis est: qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in caelis est? Cur igitur non omnes, qui in Christo debent regenerari, & possunt, in Christo quoque poterunt confortari, & accipere perfectionem & complementum regenerationis, per quod constantem, verbo aut factò fidem Christi, quam in Baptismo professi sunt coram hominibus confiteantur?

Præclarè admodum ad propositum nostrum scripsit Urbanus Papa I. in Epistola decretali c. 7. & ponitur de Consec. dist. 5. c. 1. Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post Baptismum accipere debent ut pleni Christiani inveniantur; quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur. Ubi nullum sexum, statum, vel ætatem excludit.

Sanè quis ambigat inter baptizatos tempore Apostolorum fuisse parvulos? Et tamen omnibus indiscriminatim imponebant manus, ut acciperent Spiritum sanctum. Nec dubitari potest postea per multos annos infantibus simul cum Baptismo administratum fuisse Sacramentum Confirmationis.

Testis est Tertullianus lib. de Baptismo c. 7. & 8. Testis Innoc. I. in Epistola ad

D. centium c. 3. ubi sic ait: De consignandis infantibus, manifestum est non ab alio, quam ab Episcopo fieri licere.

Subscribit Auctor lib. unici de Ecclesiasticis dogmatibus (apud D. Aug. 10. 3.) c. 52. Si verò parvuli sunt, vel hebetes, qui doctrinam non capiunt, respondeant pro illis, qui eos offerunt iuxta nomen (aliàs morem) baptizandi; & sic manus impositione & Chrysmate communiti, Eucharistia mysterijs admittantur.

Et ipse D. Aug. tract. 6. in 1. canonicam Joannis dicens: Quando imposuimus manum istis infantibus, attendit unusquisque vestrum utrum linguis loquerentur?

Non gravabor hinc adungere, quòd lego in antiquo Ordine Romano tit. de Sabbatho sancto in die ibi: Pontifex ergo egreditur à fonte (in quo infantes fuerant baptizati) in sacrarium habens ibi compositam sedem, vel in Ecclesia ubi voluerit, & sedeat in ea, & cum vestri fuerint infantes (recens baptizati) confirmet eos.

Et paulò post: Pontifex verò veniens ad infantes tenente Archidiacono Chrysmata involutis scapulis & brachijs ex panno & lineo, elevat & imposita manu super capita omnium, de orationem super eos cum invocatione septiformis gratiæ Spiritus Sancti.

Sequitur Oratio: Omnipotens &c. Oratione Expletâ interrogantibus Diaconibus nomina singulorum, Pontifex tincto pollice in chrysmate, faciat crucem in frontibus singulorum, ita dicendo: Confirma in nomine Patris &c.

Et quidni daretur infantibus hoc Sacramentum, per quod in illis augetur gratia sanctificans; ex consequenti accepturi majorem gloriam, si in ea ætate ex hac vita decesserint?

Ceterum cum non sit Sacramentum necessitatis, ut infra videbimus, si consuetudo in aliqua diœcesi obtineat, ut hujusmodi non confirmentur, exculabitur Episcopus nolens eos confirmare, & per consequens parentes, tutores ac curatores, si eos non desistant ad confirmandum.

Equidem de facto cessantibus perfectionibus, usus videtur præscripsisse, ut pueris ante septennium communiter non administraretur Confirmatio.

Ita decernitur in Catechismo Romano parte 2. cap. 3. q. 14. ibi: Illud etiam observandum est omnibus quidem post Baptismum Confirmationis Sacramentum posse administrari, sed minus tamen expedire hoc fieri antequam pueri rationis usum habuerint. Quare si duodecimus annus expectandus non videatur (juxta Concil. Aurelianense c. 3. & ponitur de Consecratione dist. 5 c. 6. ibi: Ut ieiunij ad Confirmationem veniant perfecta ætatis, quæ est annus

Baptismo datur Parvulis Confirmatio, Tertullianus, Inno. I. D. Aug.

Uti legitur in antiquo Ordine Romano,

62

Usus tamen obtinuit ut non administraretur ante septennium,

Uti decernitur in Catechismo Romano,

4. Neque reperitur Christum aliquem ab hoc Sacramento exclusisse

Imò Apostoli omnes baptizatis manus imponebant.

Matth. 10.

Et Urbanus Papa I. in Epist. decretali c. 7.

Nullum sexum, statum vel ætatem excludit;

5.

Imò per multos annos cum

annus 12. secundum Glossam ibi verbo Perfecta ) usque ad septimum certe hoc Sacramentum differre maxime convenit.

Rationem subiungit: Neque enim Confirmatio ad salutis necessitatem instituta est, sed ut eius virtute optime instructi & parati inveniremur, cum nobis pro Christi fide pugnandum esset: ad quod sane pugnae genus pueros, qui adhuc usu rationis carent, nemo aptos iudicavit.

Ubi cum dicat, Maxime convenit, satis excluditur stricta obligatio. Convenit autem, tum ut pueri cum majori reverentia & utilitate illud Sacramentum suscipiant, tum etiam ut recordentur se confirmatos, atque sic melius evitetur periculum iterationis; & quia tunc incipit tempus luctus & agonis, in quo armis militiae Christianae indui debemus, & fidem per nos ipsos profiteri.

Idque convenit.

7. Mediolan. 5.

Dixi signanter, Communiter, sic enim statuit Concilium Mediolanense V. parte 2. tit. de Confir. Si Episcopus ob aliquam causam iustam, atque adeo necessariam parvulo & infanti, qui non modo eam aetatem (septennij) expleat, sed ne attingat quidem, ministrandum aliquando censuerit, ne sit vetitum. Puta si malitia suppleat aetatem, vel consuetudo sit in contrarium, aut certe mors imminet, & est commoda occasio ministrandi.

Iussu existente causa possit ante fieri

Et quamvis Concilium Mediolanense 1. parte 2. tit. de Confir. strictè videatur prohibere, ne minori septennio hoc Sacramentum praebeatur; cum sit Concilium dumtaxat Provinciale, non apparet in tanto rigore quod hoc punctum receptum, ut satis constat ex verbis Catechismi supra relatis, & expensis.

Non obstante constitutione Concilij Mediolanensis 1.

Quibus adijunge illa, quae habentur in Pontificali Romano Titulo de confirmandis: Infantes per Paternos ante Pontificem confirmare volentem teneantur in brachijs dextris, Adulti vero seu alij maiores ponant pedem suum super pedem dextrum patris sui; & sine scrupulo affirma, in locis remotioribus, ad quae raro veniunt Episcopi, praestare usum rationis praevinire, quam postea defectu occasionis debere diu differre. & aliquando omnino omittere, ut inquit Suarez hic dis. 35. scilicet. 2. Regius ad art. 8. & alij. Quae autem infantium, eadem est ratio perpetuo amentium.

Pontific. Rom.

Imò quandoque praestat rationis usum praevinire.

8. Perpetuo amentem confirmari non ordinari licite potest. Pontin.

Contra, si perpetuo amenti potest conferri Sacramentum Confirmationis; quidni etiam Sacramentum Ordinis? Respondet Pontius supra n. 11. quia in Sacramento Ordinis deputatur homo ad ministerium Ecclesiasticum, quod amentem praestare non potest.

Sed numquid per Confirmationem de-

putatur ad militiam christianam, cuius aequè incapax est, atque ministerij Ecclesiastici? Si ergo dixerit & infantes, & perpetuo amentes valde suscipere Ordines; Vellem audire, qui efficaciter improbare; sunt etenim capaces gratiae sanctificanti, auxiliatorum actualium, nec non ministeriorum Ecclesiasticorum pro tempore opportuno; infantes quidem cum pervenerint ad adultam aetatem; amentes vero, si naturaliter, aut certe miraculo redeant ad mentem.

Quod si loquamur de licito, quemadmodum omni tempore prohibita fuit, saltem jure consuetudinario, Ordinatio infantis, imò & collatio primae tonsurae ante annos discretionis, ita magis Ordinatio perpetui amentis. Ex dictis autem manifestum est aliquando licuisse Confirmationem ante septennium, neque hodie ita prohiberi, quin aliquando adhuc liceat. Cur ergo non possit, imò debeat ministrari perpetuo amenti? Non video quid obstat, nisi in aliquibus locis contraria consuetudo.

Interrogas: ecquid magis confirmantur, quam ordinantur? Respondeo; quia Sacramentum Confirmationis est commune omni sexui, & omni statui hominum convenit, nullam secum adferens specialem obligationem; neque enim confirmatus abnegans fidem coram hominibus, alia specie peccati peccat, quam si non esset confirmatus; Sacramentum autem Ordinationis nec omni sexui, nec omni statui hominum convenit; ergo nec debuit ministrari omni aetati, praesertim Sacramentum Ordinis sacri propter gravissimam obligationem continentiae ex voto, aut saltem praecipio Ecclesiastico ipsi annexam: & quia inconveniens est Ecclesiam eligere in ministros, qui vel modò defectu minoris aetatis, vel numquam ob perpetuam amentiam poterunt ministrare, cum tamen saepius eorum ministerium possit esse necessarium.

Adde non tantum usum rationis, sed certam aetatem, pluresque alias conditiones ab Ecclesia exigi ad licitam susceptionem & ministracionem Sacramentum Ordinationis, cum tamen passim omnes, postquam pervenerint ad adultam aetatem, hoc est, post septennium admittat ad Sacramentum Confirmationis.

Quid dicam de infirmis & enervamentis? De istis sic statuit Concilium Parisiense 3. lib. 5. c. 33. ut refert Pontius supra n. 9. (fides sit penes ipsum) Sicut duobus temporibus Paschae & Pentecostes ministratur Baptismus; ita etiam Spiritus sanctus per manuum impositionem fidelibus datur, exceptis infirmis & morte periclitantibus, quibus sicut Baptismus gratis.

**Sect. 3. De Suscipient. Confirmat. Concl. 1. 489**

gratia data, ita incontinenter donum Spiritus sancti est tradendum.

Quantumvis enim his non imminet periculum protestandi fidem coram persecutoribus & hostibus ejus; adeoque non imminet periculum mortis subeunde propter fidem, ad quem finem effectus hujus Sacramenti ordinatur: aramen recipiendo augmentum gratiæ percipiuntur, & cum ea perfectione resurgunt.

Recipiunt que augmentum gratiæ.

Teste Clemente Romano.

Hinc Clemens Romanus Epistolâ 4. Omnibus, inquit, festinandum est sine mora renasci Deo, & demum consignari ab Episcopo, ut est, septiformem gratiam Spiritus sancti percipere, quia incertus est uniuscujusque exitus. Quam autem regeneratus fuerit per aquam, & postmodum septiformi Spiritus gratia ab Episcopo confirmatus, quia aliter perfectus esse Christianus nequaquam poterit, nec sedem habere inter perfectos, si non necessitate, sed incuria aut voluntate remanserit (ut à beato Petro accepimus, & ceteri sancti Apostoli, precipiente Domino, docuerunt) & demum ex operibus bonis ostendat in se similitudinem eius, qui eum genuit. Patris Hæc Clemens. Quis autem ambigere potest, Christum, qui omnes voluit esse Christianos, etiam dedisse omnibus potestatem, ut essent perfecti Christiani, & sedem haberent inter perfectos?

11. Concilio Elibertino.

Sed audiamus Concilium Elibertinum c. 39. ubi agens de Gentilibus infirmis, solius meminit Confirmationis dicens: Gentiles si in infirmitate desideraverint sibi manus imponi, si fuerit eorum aliqua ex parte honesta vita, placuit eis manus imponi, & fieri Christianos.

Et verò c. 37. Energumenis in fine mortis dari sacram Synaxim præcipit his verbis: Eos qui à Spiritibus immundis vexantur si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet (subintellige, & confirmari; cum illo tempore simul soletur illa Sacramenta administrari) si verò fideles fuerint, dandum eis esse communionem.

Et Atruficano l. can. 14.

Similiter de Energumenis loquitur Concilium Atruficanum l. can. 14. Energumeni, inquit, iam baptizati, si de purgatione sua eurent, & se sollicitudine Clericorum tradant, monitisq; obtemperent, omnimodè communicent, Sacramenti huius virtute vel minuentis ab incursu demonum, quo infestantur, vel purgandi, quorum vita iam ostenditur purgator.

Plus dico: solet nunc Eu. haristia ministrari. Ene gumenis pro sola eorum devotione, secluso periculo irreverentia. Quis ergo jure mirabitur, si videat ipsis dari etiam Sacramentum Confirmationis? Profectò non paucos legimus in susceptione ejus à dæmo-

ne fuisse liberatos. Hæc satis de prima parte conclusionis.

Secunda pars, scilicet solum baptizatum esse capax hujus Sacramenti, æquæ certa est, & ab omnibus recepta, & ultra rationem, quam Confirmatio habet communem cum alijs Sacramentis, de qua alibi tractavimus, hanc specialem pro ea allego congruentiam, quòd sit quædam Baptismi perfectio. Unde sicut nemo potest corporaliter crescere, nisi fuerit corporaliter genitus, ita nec per Confirmationem spiritualiter crescere in perfectum Christianum, nisi prius fuerit in Christo spiritualiter genitus per Baptismum.

12. Solum baptizatum esse hujus Sacramenti capax, est certum.

Quia Confirmatio est quorundam Baptismi perfectio.

Dices; Actor. 10. Spiritus sanctus datus fuit Cornelio, & socijs ejus antequam baptizarentur; sic enim dicitur vers. 44. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Et vers. 47. Tunc respondit Petrus: Numquid aquam quis prohibere potest ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? Sequitur vers. 48. Et misit eos baptizari in nomine Domini Jesu Christi: utrique postquam accepissent Spiritum sanctum.

13. Actor. 10.

Respondeo ex Doctore Subtili 4. dist. 7. quest. 1. num. 3. Christus non alligavit potentiam suam Sacramentis, & ideo sicut ipse sive in terris, sive post ascensionem in celo existens potuit confirmare Apostolos, & quoscumque voluit sine tali materia, & tali forma; quæ nunc in Ecclesia essentialiter requiruntur ad Sacramentum Confirmationis; ita potuit per extraordinariam potestatem, quos voluit, sive in terris, sive in cælis post ascensionem existens confirmare ante realem susceptionem Baptismi, etiam imprimendo characterem, quo redderentur incapaces ulterioris Confirmationis.

8. dist.

Equidem non baptizati, per extraordinariam potestatem poterant confirmari.

An autem sic confirmaverit Cornelium, & socios ejus, quis consiliarius Dei fuit? Equidem non legimus in Scriptura Cornelium vel socios ejus post Baptismum amplius fuisse confirmatos. Sed quid tum? Proculdubio enim & alia multa fecerunt Apostoli, quæ non sunt scripta in libro hoc.

Et forte sic confirmati fuerunt Cornelius et socij.

Interim communis doctrina est, vel ante prædicationem Petri, vel saltem Petro sermonem protrahente, & Cornelium & socios ejus per contritionem, aut dilectionem Dei super omnia antè visibilem adventum Spiritus sancti effectum principalem Baptismi, id est, remissionem peccatorum per infusionem gratiæ sanctificantis obtinuisse: ut & hæc locum

Prius tamen justificati per baptismum fluminis.



habeat congruentia superius allegata: quia impossibile est augeri, vel roborari, quod nondum est.

14. Ex quo facile solvitur aliud argumentum desumptum ab exemplo multorum Catechumenorum, qui tantâ constantiâ coram Tyranno Christi fidem non erubuerunt, ut prius suo sanguine, quàm aquâ baptizarentur.

Vel enim tales per actum amoris Dei super omnia, ex quo processit voluntas pro fide Christi moriendi, gratiam acceperunt regenerantem, & postmodum effectum Confirmationis, scilicet robur ad protestandam eam fidem, ex gratuita Dei voluntate, qui pro se certantibus adest auxilijs actualibus necessarijs ad vincendum.

Aut certè ex speciali Dei benevolentia præventi fuerunt ejus gratiâ excitante, adjuvante, quin & roborante, ut qui adhuc per peccata à Deo aversi erant, eidem gratiâ liberè assentiendo & cooperando disponerentur ad regenerantem seu justificantem gratiam accipiendam per ipsam mortem pro Christo illatam, & acceptatam, saltem ex motivo supernaturali virtutis spei.

Hoc certum, auxilia actualia, quibus homines confortantur & roborantur ad viriliter pro Christo pugnandum non ita allegata esse Confirmationi, per quam ex opere operato conferuntur, quin per alia opera bona, aut extraordinarium Dei favorem sæpius concedantur.

Itaque ad validè suscipiendam Confirmationem nihil aliud ex parte suscipientis requiritur, quàm ut sit baptizatus; nihil, inquam, positivum; nam negativum aliud. Quæris quid illud? Respondeo carentia prioris Confirmationis. Et ideo in Conclusionem addidi illam particulam: *Non Confirmatus*; quam explico Conclusionem sequenti, quæ talis est:

## CONCLUSIO II.

Sacramentum Confirmationis non iteratur.

15. De fide est Confirmationis Sacramentum non iterari. Trident. Hæc Conclusio est fidei ex Tridentino sess. 7. de Sacramentis in genere can. 9. Vide disp. 1. sect. 4. conclus. 5. Eam asserit Doctor Subtilis 4. dist. 7. q. 4. ibi: *Respondeo iterari non debet* (Sacramentum Confirmationis) *ita quod scienter, quia iterans peccat mortaliter: sed nec potest iterari*

sic quod iteratum habeat propriam efficaciam. Ratio principalis est institutio divina, & congruentia: quia per istud Sacramentum instituitur aliquis in determinato gradu Ecclesiæ, scilicet in gradu bellatoris: & Sacramentum institutus in gradu determinato non iteratur, & hoc adducitur congruentia, quia imprimi effectum indelebilem, scilicet characterem.

Si objicias, morbus contra quem est, iteratur: potest enim aliquis post Confirmationem iterum fieri pusillanimus. Respondet Doctor supra: *Morbus ut contra ipsum est hæc medicina non iteratur, licet aliter*. Etenim per hoc Sacramentum non tollitur pusillanimitas in radice, sed solum tribuitur jus ad auxilia actualia, quibus homo possit, si velit, pro toto tempore vitæ suæ resistere moribus pusillanimitatis, qui occasione mortis, pro fide Christi imminenti, solent in ipso excitari. Non ergo datur Confirmatio ut homo non sentiat motus pusillanimitatis, sed ut eis non consentiat, quibus tamen consentire potest, si velit.

Probant aliqui hanc veritatem ex Apostolo Hebræorum 6. v. 1. & 2. ubi sic scriptum est: *Quapropter intermittentes invocationis Christi sermonem, ad perfectiora festinamus, non rursum iacentes fundamentum penitentis ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptismatum doctrinam, impositionem quoque manuum &c. per quam Chrysost. Ansel. & alij intelligunt Sacramentum Confirmationis.*

Subjungitur autem v. 4. *Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati (per Sacramentum Baptismi) gustaverunt etiam donum caeleste, & participes facti sunt Spiritus sancti (per Confirmationem) gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum, viderunt speculum venturi, & prolapsi sunt: rursus revertari ad penitentiam, id est, recipere fructum penitentiae, qui est remissio peccatorum per gratiam sanctificantem, aut ejus augmentum, rursus suscipiendo Baptismum, aut Confirmationem.* Ita exponunt Chrysost. Theophyl. etus, & alij Patres, quamvis non desint, ut alibi diximus, qui aliter explicant.

Confirmatur ex Concil. Tarraconensi c. 6. (& ponitur de Consec. dist. 5. c. 8.) ibi: *Vnde visum est nobis eandem Confirmationem, sicut nec Baptisma iterari minime debere.* Hinc Gregor. III. Epist. 4. ad Bonifacium (& refertur eadem dist. c. 9.) *De quo homine, inquit, qui à Pontifice confirmatus fuerit, denno illi talis reiterationis prohibenda est.*

Rationem congruentiæ assignat Pontifex p. 3. c. 1. n. 11. quia Sacramentum hoc dicitur per modum consecrationis, scilicet cum Christi nomine consecratur, sicut olim Sacerdotes &c.

Sect. 3. De Suscipient. Confirmat. Concl. 2. 491

& Reges ungebantur in lege: natura autem consecrationis reiterationem non admittit.

Hæc ratione utitur Mag. 4. dist. 7. ad probandam initerabilitatem Baptismi, & Ordinationis; quam desumpsit ex D. Aug. lib. 2. contra Epistolam Parmeniani c. 13. ibi: *Utrumque enim Sacramentum est, & quædam consecratione utrumque homini datur, illud cum baptizatur, istud cum ordinatur; adeoque in Catholica (Ecclesia) utrumque non licet iterari.* Subjungit Mag. Quod indubitanter etiam de Confirmatione tenendum est.

Concinit Toletanum VIII. c. 7. *Nequaquam, inquit, aliquando poterit profanari, quod divinâ in visione, simulq; Apostolica traditionis auctoritate sacrum noscitur extitisse (agit contra eos qui metu facris initiati, penitentiâ suscepti statim ducti, pristina pertentabant conjugia) Verum sicut sanctum Chrisma collatum, & altaris honor propter consecrationem (qua per Episcopos tantum exercenda & conferenda sunt) evelli non queunt; ita quoque sacrum decus honorum, quod his compar habetur & socium, quâlibet fuerit occasione perceptum, manebit omnimode inconvulsam.*

Profecdo si Confirmatio ex sua institutione validè iteratur, non possum fatis mirari Ecclesiam numquam illam iterasse. Quæ enim vel apparens ratio privandi fideles semel confirmatos novo fructu tanti Sacramenti, si illius verè capaces sunt? Certè nullam video.

Hinc respondeo ad can. 7. Concilij generalis II. ubi præscribitur reconciliatio quorundam hæreticorum per Sacramentum Confirmationis, sicut etiam fit in pluribus alijs Concilijs, quæ tamen prohibent iterationem hujus Sacramenti; Respondeo, inquam, Concilia illa loqui de hæreticis, qui vel nullo modo fuerant confirmati, puta quia simpliciter rejiciebant hoc Sacramentum, ut constat de Novatianis, quorum expressè meminit Concil. generale; vel Confirmationem acceperant invalidè defectu materiæ, aut formæ competentis: vel certè à ministro inidoneo, simplici videlicet Sacerdote contra expressam prohibitionem Ecclesiæ, quales erant Presbyteri Photiani; quibus Adrianus II. (ut ipsemet testatur in Epistola, quam scripsit ad Ignatium Patriarcham Constantinopolitanum, & habetur in Synodo VIII.) non solum in Bulgarorum terris; sed ubique gentium sacris omnibus interdixerat.

Similis responsio adhibetur Rituali per totam Græciam recepto, in quo decernitur (ut apparet) reiterationio hujus Sacra-

menti in desertoribus Christianismi, si quando ad fidem Catholicam redire contingat. Quod intelligendum existimo de illis tantum, qui ante hæresim, vel tempore ejus non fuerant confirmati.

Aut si omnibus adhibetur unctio, equidem aliquibus non nisi Cæremonialis, de qua fortè loquitur Concil. Arauf. I. c. 2. ubi sic ait: *Hæreticos in mortis discrimine positos, si Catholici esse desiderent, si desit Episcopus, à Presbyteris cum Chrismate & benedictione consignari placet.* Et Innoc. I. Epist. I. c. 6. in quo, ut supra vidimus, statuit, Episcopum posse dare licentiam Presbyteris consignandi Energumenos, si facilè ad se deserti non possint.

Hunc intellectum colligo ex ipsis verbis Euchologii; *Iste talis, qui se ad fidem convertit, preces reconciliatrices septem diebus suscipiat, 8. die abluatur, & e balneo, linteo acinctus unguento ungetur, veluti qui baptizatur, & instar baptizatorum novas vestes induat.*

Hoc autem non est iterare Baptismum, sed meminisse puritatis olim in Baptismo collatæ. Similiter ergo unctio illa non est repetitio Sacramenti Confirmationis; sed repræsentatio ejus, quod prius gestum fuit, ut conversus recorderet se aliquando accepisse speciale robur Spiritus sancti ad fortiter Christi fidem profitendam, magisque animetur ac confirmetur in proposito permanendi immobiliter usque ad tormenta, & mortem ipsam in ejusmodi fidei confessione.

Id ipsum non obscure constat ex precepcionibus: nam in 3. oratione ante Unctionem sic habetur: *Illustra Domine ipsius mentem virtute & efficacia Spiritus sancti tui, adeo ut in ipsius animo inclusum signaculum salutaris Baptismatis aut à gratia in flammam spirituales excitatus intelligibiliter accendatur, & quod impressum est ipsi signaculum (scilicet per Baptismum, & Confirmationem) expressius & manifestius appareat.*

Quibus verbis Auctor illius precepcionis planè indicat, characterem antea impressum non esse deletum, ut proinde debeat Sacramentum iterari, per quod de novo imprimatur, sed obscuratum peccatis, hoc est, esse characterem nudum sine comite gratia, tam habituali, quàm actuali; quam idcirco rogat Deum velle concedere infideli jam converso, ut per constantem imposterum professionem fidei, exterius appareat verè ante apostasiam insignitum fuisse characterem baptismali, ac confirmatorio, usque modo indelebiter quoad substantiam perseverantibus.

Quidquid sit de mente istius Auctoris (de quo aliqui dubitant an orthodoxus fuerit,

Eodemque modo respondendum ad Rituale per totam Græciam receptum

Vel dicendum quod agat de Unctione Cæremoniali, Aruf. I.

20. Ut colligitur ex ipsis Euchologii verbis.

Hæc autem Unctio non est repetitio, sed tantum Confirmationis repræsentatio.

Ut constat ex precepcionibus Unctionis præmitti solitis.

21.

Per quam Magister ex Augutt. probat initerabilitatem Baptismi.

Concordat Concilium Toletan. VIII. cap. 7.

Et praxis Ecclesiæ.

18. Que sine causa non fraudaret fideles isto effectu si forent capaces.

Unde can. 7. Concilij generalis II. loquitur de Hæreticis invalide Confirmatis.

19.

fuert, an verò schismaticus) crimen maximum sit eam præponere auctoritati Ecclesiæ Romanæ, quam hoc Elogio extollit præcipuus Pater, & optimus Doctor D. Aug. contra Epistolam fundamenti c. 5. Ego verò Evangelio non crederem, nisi me Ecclesia Catholica commoveret auctoritas. Tantâ autem evidentiâ Ecclesia Romana, Catholica & Apostolica præsentem conclusionem contestatam reliquit, ut non nisi pervicacia possit adversus illam nervos contentio- nis intendere.

S. August.

Deinde ve-  
rissimile est  
illas Rubri-  
cas de un-  
gendo, non  
esse authen-  
ticas.

22.

Quæ sit po-  
na iteran-  
tium Con-  
firmatio-  
nem?

Scoti.

Iuriffæ non  
faciant jus.

Adedque  
non incur-  
rit poenam  
irregulari-  
tatis,

Utpote in  
iure non  
expressam,

Neque Epi-  
scopus ite-  
rum Con-  
firmans, ne-  
que susci-  
piens.

Accedit valde verisimile esse Rubricas de unguendo, & abluendo cum additione formæ, à posterioribus Rubricis antiquo rituali insertas, & in eo corruptum: quippe viri græci valde docti asserunt ea omnia, & appendicem formæ in manuscrip- tis Euchologijs minimè haberi. Ita Pontius supra num. 14.

Quæritur autem ulterius quæ sit pœna iterantium illud Sacramentum? Dicunt Canonista (verba sunt Scoti supra q. 5.) sicut dictum est de iteratione Baptismi, quod probant per locum à simili, per illud cap. de Consec. dist. 4. Qui bis. Sed hæc responsio non placet Doct. Subt. adeoque nec nobis placere potest.

Quapropter cum ipso supra dicimus, Quod universaliter nulla pœna Canonica, qua non est inflicta à Papa condente ius, incurritur ipso iure. Nec propter argumenta exponen- tium Canones, sive à simili, sive à contrario sensu, est aliquis tali pœnâ adstrictus: quia pos- sunt exponere ius conditum, non autem con- dere novum per suas expositiones. Unde Innoc. qui tamen fuit Papa, cum fecisset magnum opus, exponendo ius Canonicum, cum fuisset requi- situs ab alijs, quale robur vellet illum tractatum habere: dixit quod nollet ipsum esse authenticum, sed tantummodo magistratum.

Cum ergo non invenitur in iure Canonico expressè pœna irregularitatis inflicta pro ite- ratione Confirmationis: sequitur quod non in- curratur. Et hoc maxime patet, quia constru- tiones pœnales sunt restringende, non ampliande: & si voluisset legislator pœnam talem in- fluxisse pro iteratione Confirmationis, sicut Ba- ptismi, potuisset expressisse hic, sicut ibi.

Et confirmatur etiam per caput illud, de Consec. dist. 5. Dicitur, ubi nulla pœna in- fligitur Episcopo iterum Confirmanti: sed nec suscipienti, nisi quod soli Deo sub habitu regu- lari, vel clericali ipsum religiosissime famulari decretum est. Hic autem inuit non pœnam irregularitatis, sed magis oppositum, puta exercitium officij clericalis. Nam in executione Ordinum, & præcipue in consecratione Eucha- ristia Clericus Deo suo religiosissime famulatur.

Hæc Scotus. Quibus nihil addendum iu- dico, præter verba illius capitis Distum. 8. de Consec. dist. 5.

Sunt autem hæc: Dicitur est nobis, quod quidam de plebe bis vel ter vel eo amplius, Episcopis ignorantibus tamen ab eisdem Episcopis confirmantur. Unde visum est nobis eandem Confirmationem, sicut nec Baptismum; iterari minimè debere: quia bis vel ter, vel amplius baptizatos, aut confirmatos, non faculo, sed soli Deo sub habitu regulari vel clericali religiosissime famulari decretum est. Ita cum Burchardo & Ivone refert Gratianus ex Concl. Tarraconensi c. 6. quamquam ibi amplius non inveniantur, sed priora verba usque ad vers. Quia bis, habentur in Concl. Cabilonensi 2. c. 27.

Notandum insuper Primò, Concl. Tarraconense, quoniam Provinciale, non obligare omnes, cum minimè constet de uni- versali receptione.

Notandum Secundò, eandem pœnam decerni à Concilio rebaptizatis, & re- confirmatis: adeoque quantum est ex vi hujus statuti rebaptizatum haudquaquam subjacere pœnæ irregularitatis. Ex quo ergo? ex cap. 2. de Apostatis, quod est Alexandri III. Vide disp. 2. sect. 5. con- clus. 10. Prosequor interim materiam in- ceptam, & dico:

### CONCLUSIO III.

Ut quis licitè Confirmationem suscipiat requiritur, & suffi- cit status gratiæ.

Hæc conclusio nullam patitur difficul- tatem. Nam in primis ad licitam sus- ceptionem Confirmationis per se requiri statum gratiæ, nemo ignorat; quippe quæ ab omnibus agnoscitur & ponitur inter Sa- cramenta vivorum, sic dicta, quod vitam animæ in subiecto præexigant. Dico, per se, quia per accidens potest conferre primam gratiam, ut de omnibus Sacramentis vivo- rum probavimus disp. 1. sect. 5. concl. 5.

Quod autem nihil amplius requiratur, etiam in adultis (nam parvuli nullius al- terius sunt capaces defectu usûs rationis) probatur à simili ex alijs Sacramentis vivo- rum, quæ ex natura rei nullam aliam dis- positionem postulant, ut suscipienti confe- rant suum effectum. Lex autem positiva plus aliquid requirens ad effectum Sacra- menti Confirmationis, ubi invenitur?

Dices; in Concilio Aurelianensi c. 3. & relectur

refertur de Consec. dist. 5. c. 6. *Vicium*, inquit, ad Confirmationem veniant perfecte etatis, ut moneantur confessionem facere prius, ut mundi donum sancti Spiritus valeant accipere.

Respondeo Primò; non inveniuntur illa verba in Concilio Aurelianensi, & ideo sunt minoris auctoritatis. Respondeo Secundò, est Concilium Provinciale, quod Ecclesia universalis nondum recepit. Respondeo Tertio, non præcipit confessionem, sed tantum consulit, ut patet ex *ly Moneantur*.

Quemadmodum Concilium Tridentinum sess. 24. de resor. Matr. c. 1. *Coniuges hortatur, ut antequam contrahant, vel saltem triduo ante matrimony consummationem sua peccata diligenter confiteantur, & ad Sanctissimum Eucharijstie Sacramentum pie accedant.*

Equidem non præcipit, juxta communem sententiam; sed æqui bonique consulit, tum ob majorem reverentiam Sacramenti, tum etiam ob majorem utilitatem, id est, ampliore gratiam inde proventuram.

Et quis audeat negare hujusmodi dispositionem utilissimam fore, adeoque merito consulendam etiam in hoc Sacramento? Cæteroguin sicuti ipsum Sacramentum Confirmationis, ut statim dicemus, non est per se necessitatis, sed utilitatis dumtaxat; sic optima dispositio ad illud fructuose recipiendum non præcepti, sed consilij tantummodo esse oportuit.

Sanè praxis Ecclesie modernæ ostendit perfectam ætatem, id est, (secundum Glossam in c. citatum) duodecim annorum, minimè requiri, sicuti nec jejunium. Quis enim credat parvulos, imò & adultos perfectæ ætatis post tempus prandij quando tamen sæpe Episcopi hoc Sacramentum ministrant, esse jejunos?

Confessio quidem ab aliquibus præmittitur, sed ad majorem puritatem & utilitatem, ut dixi, non quia obligat ex præcepto. Sic enim lego in Pontificali Romano Tit. de Confirmandis: *Adulti debent prius peccata confiteri, & postea confirmari, vel saltem peccata, quæ admiserunt, dolerent.* Quid clarius?

Sed numquid ipsa Confirmatio obligat ex præcepto?

CONCLUSIO IV.

Per se loquendo nemo obligatur, saltem graviter, ad suscipiendam Confirmationem:

bene per accidens ratione scandalij, aut alterius circumstantiæ, v. g. instante certamine fidei.

Confirmationem non esse medium necessarium ad salutem, disertis verbis asserit Scotus supra q. 2. ibi: *Respondeo, non est simpliciter necessarium (Sacramentum Confirmationis) ad salutem, iuxta illud Mar. ultimo: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit, & de Consec. dist. 5. Spiritus sanctus, ubi habetur quòd baptizatus per solum Baptismum salvatur.*

Refero verba textus: *Spiritus sanctus, qui super aquas Baptismi salutifero descendit illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam; in Confirmatione augmentum præstat ad gratiam.... Et quamvis continuo transitivis sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt Confirmationis auxilia.* Ita Melchiodes Papa in Epist. ad Episcopos Hils. c. 2.

Estque communis sententia tam recentiorum, quam antiquorum Theologorum, fundata in ipsa natura Sacramenti, quod institutum est non ad conferendam primam gratiam, sed ejus augmentum: notum autem est omnibus, ad salutem sufficere quemlibet gradum gratiæ sanctificantis.

Et quamvis ego tacerem, praxis Ecclesie loqueretur, non ministrantis communiter parvulis hoc Sacramentum ante septennium, etiam in periculo mortis.

Accedit speciale effectum hujus Sacramenti, scilicet robur ad protestandam fidem coram Tyranno, alijs medijs ab adultis posse sperari & obtineri, puta per sacrificia, orationes, aliisque opera bona, utique meritoria vitæ æternæ; quando magis auxiliorum actualium? Præterquam quòd maximæ parti adultorum nunquam se offerat aliqua occasio defensionis fidei.

Ex hoc discursu colligo nullum extare præceptum naturale per se graviter obligans ad susceptionem hujus Sacramenti. Quod enim illud esset, nisi præceptum propriæ charitatis, quod unumquemque obligat ad procuranda sibi media necessaria ad salutem?

Immo nec divinum connaturale gratiæ. Etenim cur magis obliget ex vi suæ institutionis Confirmatio, quam Extrema Unctio, Ordo & Matrimonium? Omnia namque causant ex opere operato augmentum gratiæ sanctificantis, & conferunt auxilia actualia necessaria ad specialem cujusque

Non confellio.

Trident.

Quæ tamen consultiur, uti initiatu matrimonium.

26. Non requiritur ætas 12. annorum

Neque jejunium.

Pontific. Rom.

27. Confirmatio non est medium necessarium ad salutem.

Scotus.

Est communis sententia,

Et Ecclesie praxis non ministrantis parvulis ante septennium etiam in mortis periculo.

28. Adeoque nõ est lex naturalis per se graviter obligans ad suscipiendû confirmationem;

Imò nec divinum connaturale gratiæ.

que Sacramenti finem obtinendum. Quod autem finis Confirmationis aliquando obliget, quid inde? Per accidens est, & per alia media auxilia illa possunt impetrari.

Libenter admitto potuisse Christum superaddere præceptum positivum, quale superaddidit institutioni Sacramenti Eucharistiæ; sed fecisse, quod potuit facere, unde constat? Verba legis expecto, & statim subscribo. Quærat aliquis diligenter, & cum inveniit, gratissima erit renuntiatio.

Mirum sanè foret, si aliquod ejusmodi esset, Ecclesiam non cogere suos filios ad illius impletionem, sicut ad impletionem præcepti de Baptismo, Pœnitentiâ & Eucharistiâ: nec credendum quod tam facile permitteret aliquem mori sine Sacramento Confirmationis.

29.

Nihilominus contra hanc doctrinam statim objicitur illud Urbani Papæ Epistolâ 1. c. 7. (& habetur de Consec. dist. 5. c. 1.) Omnes fideles per manûs impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post Baptismum accipere debent.

Planè debent. Sed attende quod sequitur: *Ve pleni Christiani inveniantur.* Desideras hanc plenitudinem accipere ex opere operato? Debes accipere Spiritum sanctum per manûs impositionem Episcoporum.

Alioquin quæ necessitas operis operati, ubi nulla est necessitas effectûs, vel si aliqua est, ubi effectus potest obtineri ex opere operantis? Utilitatem video; adeoque consultitur Sacramentum, obligationem strictam, saltem sub mortali, in illis verbis non reperio.

Neque in simili locutione D. Cypriani Epistolâ 70. *Vngi, inquit, necesse est eum, qui baptizatus sit, ut accepto Chrismate, id est, unctione, esse unctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit.* Hoc est, ut habere possit augmentum gratiæ habitualis, ac virilem quamdam perfectionem seu robur actuale ex opere operato.

Eodem modo explico verba Concilii Aurelianensis c. 3. (ut illa refert ex Buchardo & Ivone Gratianus in suo decreto de Consec. dist. 5. c. 6.) *Et quia nunquam erit Christianus, nisi Confirmatione Episcopali fuerit chrismatus.*

30.

Quidni & ista Concilij Laodicensi can. 48. *Oportet baptizatos post Baptismum sacratissimum Chrisma percipere, & caelestis regni participes fieri. Oportet, inquam, id est, multum conveniens est per Baptismum in Christo regeneratos, per unctionem sacratissimi Chrismatis in Christo perfici & roborari.*

Enim verò Christi nomen ab unctione Chrismatis derivatum esse, docet S. Aug. lib. 17. de civit. c. 16. ibi: *Quis enim laudis est in hac religione, vel tam sancte adversus eius famam longe lateq; diffusam, ut Chrismum à Chrismate, hoc est, ab unctione appellatum esse non noverit?*

Et lib. 20. c. 10. ad illa verba Apoc. 20. v. 6. *Sed erunt Sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum eo mille annis:* sic inquit: *Non utique de solis Episcopis, & Presbyteris dictum est, qui proprie iam vocantur in Ecclesia Sacerdotes; sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum Chrisma, sic omnes Sacerdotes, quoniam membra sunt unius Sacerdotis.*

Nota: *Christianos dicimus, id est unctos, propter mysticum Chrisma, id est, Sacramentum Confirmationis, cujus materia est unctio Chrismatis.* Ad quam nominis ethimologiam forsitan alludere voluerunt Pontifices, Patres & Concilia, quando negant eos esse Christianos, vel plene Christianos, qui non accipere hanc unctionem.

Cæterum quod ad rem ipsam attinet, id est, fidem in Christum, & externam ejus professionem, juxta illud Apostoli Rom. 10. v. 9. & 10. *Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitavit à mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem;* plurimos sine unctione Chrismatis fuisse perfectissimos & plenissimos Christianos, argumento certissimo sunt omnes illi, qui ante realem susceptionem Baptismi, sanguine proprio pro Christi nomine baptizati, & confirmati fuerunt.

Ex his festinè cognoscitur quomodo sint intelligenda verba Melchiadis Papæ in principio conclusionis citata: *At si continuo transitis sufficienti regenerationis beneficia, videtur tamen necessaria sunt Confirmationis auxilia.* Non ait, necessaria est Confirmatio, sed Confirmationis auxilia, quæ aliunde haberi possunt, ut dictum est; quamvis valde congruum sit, & quodammodo necessarium ad melius esse, infallibiliter ea consequi per opus operatum à Christo ad hoc ordinatum.

Idcirco idem Pontifex in eadem Epistola præmittit: *Sed ita coniuncta sunt hæc duo Sacramenta (Baptismus, & Confirmatio) ut ab invicem, nisi morte interveniente, nullatenus possint, potentia concedentia, id est, nullatenus conveniat segregari.*

Addit, *Et unum sine altero perfici non potest: quia Confirmatio, nisi præcesserit Baptismus, non valet: Baptismus autem, nisi ad eum accesserit Confirmatio, caret sua perfectione & complemento extrinsecò.*

Potuit superaddi præceptum positivum.

Si superadditum esset, Ecclesia agnosceret.

Non agnoscerit Urbanus Papa.

Neque S. Cyprianus Epist. 70.

Neque Concilium Aurelianense c. 3.

Neque concilium Laodicensem can. 48.

Christi nomen ab unctione Chrismatis derivatum esse, docet S. Aug. lib. 17. de civit. c. 16. ibi: Quis enim laudis est in hac religione, vel tam sancte adversus eius famam longe lateq; diffusam, ut Chrismum à Chrismate, hoc est, ab unctione appellatum esse non noverit?

Nota: Christianos dicimus, id est unctos, propter mysticum Chrisma, id est, Sacramentum Confirmationis, cujus materia est unctio Chrismatis.

Corde enim creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem;

Ex his festinè cognoscitur quomodo sint intelligenda verba Melchiadis Papæ in principio conclusionis citata: At si continuo transitis sufficienti regenerationis beneficia, videtur tamen necessaria sunt Confirmationis auxilia.

Non ait, necessaria est Confirmatio, sed Confirmationis auxilia, quæ aliunde haberi possunt, ut dictum est; quamvis valde congruum sit, & quodammodo necessarium ad melius esse, infallibiliter ea consequi per opus operatum à Christo ad hoc ordinatum.

Idcirco idem Pontifex in eadem Epistola præmittit: Sed ita coniuncta sunt hæc duo Sacramenta (Baptismus, & Confirmatio) ut ab invicem, nisi morte interveniente, nullatenus possint, potentia concedentia, id est, nullatenus conveniat segregari.

Addit, Et unum sine altero perfici non potest: quia Confirmatio, nisi præcesserit Baptismus, non valet: Baptismus autem, nisi ad eum accesserit Confirmatio, caret sua perfectione & complemento extrinsecò.

Potent

Secundò. Possent etiam priora verba Pontificis intelligi comparatè, ut tantum velit Confirmationis auxilia magis esse necessaria victuris, quàm morituris. Equidem prior expositio magis placet.

33. Quia in hoc Sacramento ita abundanter subministrantur auxilia gratia. Profectò quoniam hoc Sacramentum facillimum est & præstantissimum, infallibiliter subministrans arma ad pugnandum contra adversarios fidei, ipsa ratio naturalis dicitur quammaximè conveniens esse, hujusmodi armis se induere, si non necessarijs ad vincendum pro hoc tempore, fortè pro futuro.

Videtur esse veniale peccatum, hoc Sacramentum sine causa negligere. Hinc nolo difficilis esse in admittendo peccato aliquo veniali spiritualis cujusdam prodigalitati, quando quis omnimodà opportunitate oblata non vult suscipere hoc Sacramentum; quoniam sine ulla causa privat se ipsum magnis bonis spiritualibus.

Et ideo dixi in conclusione, *Saltem graviter*; quippe facile intercedit venialis negligentia; sicuti quando ex mero tepore omittuntur alia remedia spiritualia v. g. Sacramenta Eucharistiæ, Penitentia, Extremæ Unctionis, etiam tunc quum non sunt absolute necessaria ad salutem ex præcepto divino. Similiter quando alia bona opera non præcepta, ex tædio aliquo rerum spiritualium, temporibus maximè opportunis, negliguntur.

34. Atque de hoc peccato fortè intelligi posset Scetus supra, quando dicit: *Est tamen necessarium* (Sacramentum Confirmationis) *adulto sic, quèd non contemnat, sicut dicitur extra de Sacra Unctione, ubi dicitur in Glosa, quòd non est plenus Christianus, qui contemnit. Sed hoc in ordinaria Glosa non invenio.*

De quo peccato fortè intelligendus est deo-ctus.

Pergit Doctor, & respondet ad auctoritatem Urbani: *Quòd loquitur de adulto, qui debet suscipere, id est, non contemnere, & pro tempore congruo suscipere in effectu: iudicaretur enim contemptus, si omnimodà opportunitate oblata non susciperetur.* Non contemptus formalis, qui semper est mortalis, etiam cum actus, qui contemnitur, solum est consilij sed virtualis, id est, maxima negligentia in ijs, quæ ex speciali Dei ordinatione conducunt ad æternam animæ salutem.

Non de cõtempu formalis.

Cæterùm non semper hujusmodi negligentiam esse formale contemptum, peccatum utique mortale, ostendit communis praxis timoratorum, qui non existimant se peccare mortaliter, tamen ex mero tædio aut torpore negligant receptionem v. g. Eucharistiæ; idque meritò, quia contemptus formalis est actus, quò aliquis despicitur ac vilipenditur, vel quò aliquid fit aut omittitur, ut interna animi vilipensio osten-

Qui nõ habetur eo ipso quo est negligentia.

datur, aut similis apud alios gignatur.

Putas autem quòd omnis negligentia Eucharistiæ, Confirmationis &c. sit vilipensio Dei? Noli putare, quia non est sapientis. Quid ergo? Caritas dicitur, hæc ampliora remedia salutis non quidem sub gravi obligatione suscipienda; attamen sub veniali non esse omninò negligenda.

Modò quod attinet ad legem Ecclesiasticam, fuerit olim ea consuetudo, non inficior: & de ea intelligi possunt dicta Patrum, & antiquorum Conciliorum; at hodie eam abolitam esse contrarià consuetudine, docet Layman de hoc Sacramento c. 5. q. 4. Hodie, inquit, cum Episcopi Sacramentum istud alicubi ministrare volunt, admonetur populus, non tamen præcepto strictè imposto, ut qui confirmari non sunt, ad confirmandum accedant, vel adducantur.

Non enim omnis negligentia est Dei vilipensio.

35. Si fuerit obligatio suscipiendi ex consuetudine, illa est abolita. Layman.

Videri potest Catech. Rom. parte 2. de hoc Sacramento q. 13. ubi in fine sic ait: *Communis omnium mater Ecclesia Catholica vehementer optat, ut in ijs, quos per Baptismum regeneravit, Christiani hominis forma perfecte absolvatur: id autem quoniam mystice Unctionis Sacramento efficitur, perspicuum est, eam ad universos fideles aquè pertinere.* In quibus verbis, ut patet, nulla fit mentio strictæ obligationis.

Neque Catechism. Rom. obligationis meminit.

Nihilominus Basilius Pontius parte 5. c. 3. tamen n. 2. admittat aliquod præceptum Ecclesiasticum circa susceptionem Confirmationis olim extitisse, quod nunc contrarià consuetudine cessavit; scilicet suscipiendi Confirmationem simul cum Baptismo; equidem n. 3. docet adhuc extare præceptum Ecclesiasticum de suscipienda Confirmatione, saltem post septennium.

36.

Quam restrictionem addit; quia, ut ait eodem numero, si semel demus divinum præceptum esse de suscipienda Confirmatione, nulla subest ratio ob quam dicamus, determinationem illam (scilicet ad septennium) non habere vim præcepti Ecclesiastici determinantis indeterminatum præceptum. Hæc Ille.

Eam admittit Pontius post septennium.

Quæ si vera sunt (quod non credo) quâ ratione excusabimus Episcopos, qui per multos annos in aliquibus locis non confirmant, ubi absque dubio plurimi sunt, qui septennium expleverint? Aut si Prælatos excusamus, quia subditorum est recurrere pro Sacramentis necessarijs, non autem ipsorum quærere subditos, ut Sacramenta ministrarent: damnabimus ergo omnes illos peccari mortalis, qui post septennium non accedunt Diœcesanum in locis remotioribus commo-

commo-

commorantem, & ibidem solum confirmantem? Absit. In inferno nulla est redemptio. Et ideo non sine magno fundamento statui debet mortalis obligatio.

37.

Sed tantum sub veniali.

Optimè, inquis, sed ubi Pontius illam statuit? Non legisti quod ait in fine illius numeri tertij: Hoc tamen (præceptum) credo non obligare sub mortali, sicut neque divinum obligare diximus, excepto articulo instantis occasionis professionis fidei coram Tyranno?

Legi omnino: sed quæso te, præceptum divinum potuit obligare sub mortali? Similiter præceptum Ecclesiasticum? Planè, inquis. Quis ergo revelavit Pontio, quod obligent tantum sub veniali?

Profectò si aliquid probaret Concil. Mediolanense 4. quod Pontius pro sua sententia allegat, non frustra videretur probare obligationem sub mortali. Do verba authentica: *Videant item (Parochi) ne quis eorum, qui sibi in curam traditi sunt, illud (Sacramentum Confirmationis) suscipere negligant.* Prosequitur: *Quare præmoncant, quod etiam Concilij Vormatiensis canone sancitum est (quem diu quaesivimus non potui invenire) ut quicumque intra Parochia sua fines habitant, neque confirmati adhuc sunt, illud omnes suscipiant, qui etate sunt quæ Episcopus eos duxerit esse debere, qui ad hoc sacramentum tunc accedant.* Ita præfatum Conc. Constit. part. 2. Tit. Quæ pertinent ad Sacramentum Confirmationis. §. 2.

Pro quo allegat Concil. Mediolanense 4. quod magis videtur probare obligationem mortalem.

Et ne aliquis existimaret esse tantum verba admonitoria, & non præceptiva, illi cò subiungitur: *Si quis verò neglexerit, canonis subiaceat disciplinis.* Jam autem non solet lex Ecclesiastica (extra censuras) expressè pœnam decernere pro peccato dumtaxat veniali.

Cum dicat subiacere pœnis Ecclesiasticis, qui neglexerit.

Utrumque ergo sit de mente istius Concilij, sive dixerit punire negligentiam mortalem, id est, formalem contemptum Sacramenti, sive imponere novum præceptum: omnes concedere debemus Concilium Provinciale, quale illud fuit, non obligare universalem Ecclesiam, nisi in quantum ab illa est receptum. Et verò unde constat receptio istius legis? Profectò consuetudo in multis locis declarat contrarium.

Sed illud statutum non est ab universali Ecclesia receptum.

38.

Fateor, potuisset Ecclesia statuere, quòd omnis utriusque sexus fidelis paulò post septimum ætatis annum susciperet Sacramentum Confirmationis (sicut statuit quòd semel in anno, ad minùs in Pascha, suscipiat reverenter Sacramentum Eucharistia) licet enim non sit Sacramentum necessarium ex præcepto divino, est tamen

valde utile, & non nimium difficile: verum tamen ita statuisse unde probatur?

Dices; quia præscribitur ut ante illud tempus Episcopus non confirmet. Ellet ergo præcipitur fidelibus ut eo tempore suscipiant, qualis consequentia? Quis, ambo, fidelium apprehendit se peccare si ulterius differat etiam ad multos annos? Episcopum ergo concernit hæc determinatio temporis ne debeat, vel possit sine iusta causa ante illam ætatem Sacramentum ministrare.

Præterea tribuit jus omnibus fidelibus post illud tempus Sacramentum ab Episcopo exigendi; adeò ut Episcopus si notabiliter differat sine ratione, communi calculo, peccet mortaliter: quia cum sit Pastor tenetur pacere oves, non solum in his, quæ sunt simpliciter necessario ad salutem, sed etiam in his, quæ à Christo ad singularem subditorum utilitatem sunt instituta; quæ proinde iustè ab omnibus exigi possunt, sicuti Sacramenta Eucharistia, Penitentia, & alia, etiam tunc quando exigere non tenentur: præsertim cum hoc Sacramentum semel tantum in vita recipi possit. Perinde autem est sive Episcopus ministrat, per se ipsum, sive per suum Suffraganeum; quippe eadem utilitas ovium. Atque hæc sufficiant de Prima parte conclusionis: enucleemus Secundam.

Omissionem huius Sacramenti aliquando posse esse peccatum mortale ratione scandali quis Theologus potest ambigere? Erit autem dum alteri datur octavo vel formalis contemptus, vel similis omissionis in periculo proximo abnegationis fidei.

At numquid instante certamine fidei semper est periculum proximum deficientis, ita ut homo sine Sacramento non censetur sufficiens?

Respondeo conclusionem nostram hoc non asserere; posset quippe aliquis per revelationem divinam esse certus de constanti fidei professione per auxilia aliunde acquisita, sive per alia bona opera, sive per specialem Dei favorem. Quid igitur?

Dico, quoniam certamen fidei forte est & insuetum, humana imbecillitas frequentissima, actualia auxilia plerumque incerta, merito iudicatur amare periculum (de quo prudenter dubitari potest, an non sit proximum) negandi veram fidem, qui non vult recipere Sacramentum (omni modo opportunitate oblata) quod infallibiliter confert robur & constantiam ad fidem profutendam. Quidni igitur pereat, id est, peccet mortaliter, juxta illud Eccli. 3. v. 27. *Qui amat periculum, in illo peribit?*

De hoc

40. De hoc casu loquitur D. Gregor. lib. 12. Epistolarum indictione 7. Epist. 31. dicens:

*Gregor.* Quotiens tam de Baptismo aliquorum, vel Confirmatione, quam de Ecclesiarum consecratione dubitatio habetur, & nec scriptis, nec testibus ratio certa habetur, utrum baptizati, vel confirmati, sive Ecclesia consecrata sunt, ut baptizentur tales, ac confirmentur, atque Ecclesia canonice dedecentur ritè tenere debetis, ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat: tempore utique persecutionis, quando ob defectum Sacramenti Confirmationis, carent necessarii fortitudine ad fidem propugnandam, & pro ea moriendum.

Tempore utique persecutionis

De quo potest exponi Sec.

Et fortassis de isto tempore exponi posset Doctor noster supra, inquit: *Iudicaretur enim contemptus*, id est, minor quam par est æstimatio Sacramenti Confirmationis, si omnimodâ opportunitate, tempore persecutionis instante fidei certamine, oblata, non susciperetur.

Indicaretur, inquam, ommissio illa externus contemptus, quamvis forè omittens in animo non contemneret. Talis autem externus contemptus absque dubio est peccatum mortale, sicut patet in eo, qui ex mandato Tyranni comedit carnes in die jejuniij, ut ostendat exterius se non curare legem Pontificiam, quamvis in animo suo optimè de ea sentiat.

41. Alioquin Confirmationem simpliciter non esse necessariam, docet præterea Scotus 4. dist. 17. q. 1. n. 11. ibi: *Quia Extrema Unctio est instituta à Christo & Confirmationis Sacramentum, ut dictum est supra, & tamen neutrum est simpliciter necessarium; nec est præceptum (divinum aut naturale) de isto vel illo recipiendo.*

Extra illud tempus non est præceptum naturale necessarium,

Adde, nec Ecclesiasticum: etenim licet passim omnes fideles curent sibi in periculo mortis administrari Sacramentum Extremæ Unctionis; similiter post tempus septennij solliciti sint suscipere Confirmationem; non tamen animo se obligandi (qui necessarius est ut consuetudo statuatur legem) sed propter maximam istorum Sacramentorum utilitatem.

Adde, nec Ecclesiasticum nequidem consuetudine inductum.

Quæ etiam utilitas ratio est, quod ommissio seu recusatio receptionis, nullâ existente rationabili causâ, suspicionem generet in cordibus adstantium hæresis, vel formalis contemptus, aut certè inducat videntes ad indignam æstimationem, adeoque formalem contemptum illorum Sacramentorum, quod non potest non esse grave scandali peccatum: potissimum quando nolumus ea suscipere eò tempore, quò maximè necessaria sunt, sicuti tempore persecutionis Confirmatio, & in periculo

mortis, præsertim hominis alioquin præteritæ malæ vitæ, Extrema Unctio.

Solet hîc ab aliquibus disputari, Primò, an peccet mortaliter qui initiatur Ordinibus sacris, priusquam susceperit Sacramentum Confirmationis? Secundò an peccet mortaliter Episcopus confirmans, vel ordinans cum ipse confirmatus non sit? Responso ad utramque quæstionem erit

### CONCLUSIO V.

Qui accipit primam Tonsuram & cæteros Ordines sine Confirmatione non peccat saltem mortaliter. Neque Episcopus confirmans aut ordinans ipse non confirmatus.

42. Secunda pars conclusionis minorem patitur difficultatem. Congruit quidem institutioni Sacramenti, ut qui confirmat, ipse confirmatus sit; veluti & qui baptizat, convenit esse baptizatum, & qui ordinat, ordinatum: cæterum strictam obligationem, maximè sub peccato mortali, quis hæcenus vel apparenter probavit?

Episcopus non confirmatus confirmans aut ordinans non peccat graviter

Enimverò omnes consentiunt potestatem confirmandi nequaquam fundari in caractere confirmatorio, sed in solo Episcopali, ideoque Episcopum non confirmatum validè confirmare. Unde ergo obligatio gravis?

Cum nulli bi talis obligatio legatur.

Ex præcepto, inquit, humano. Sed ubi scripto? Credo foliò fractò, paginâ nullâ, ut communiter dicitur de his, quæ nusquam scripta reperiuntur.

43. Primæ parti conclusionis obstare videtur Concil. Trid. sess. 23. c. 4. ubi sic ait: *Prima Tonsura non initiatur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quibus legere & scribere nesciant, & de quibus probabilis coniectura non sit, eos non secularis iudicij fugiendi fraude, sed ut Deo fidelè cultum præstent hoc vitæ genus elegerint.*

Accipientes primam Tonsuram ante Confirmationem non peccant graviter; Tridem.

Respondet Suarez disp. 38. sect. 1. in fine: *ibi non imponitur censura, neque verbum quod rigorosum præceptum indicet: & ideo hujusmodi ommissio non erit peccatum, saltem mortale.*

Quia in Trident. non imponitur censura. Suarez.

Quòd non imponatur censura clarum est: quòd autem non contineatur ali-quod verbum significans rigorosum præceptum haud facilè concesserim. Siquidem Clemens V. in Clement. Exivi de paradiso

An non addatur verbum significans rigorosum præceptum dubitatur;



paradiso de verb. signif. enumerat inter præcepta Regulæ nostræ: *Quod Clerici faciant divinum officium: Quod fratres non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi, cum ab eo illis fuerit interdictum; & alia similia, quæ solùm continent verbum imperativum, quale etiam est illud, quod hîc ponitur, scilicet: Non iniuentur.* Quidni ergo & istud æquipolleat verbo præceptivo? Neque enim materia, usus, aut aliæ circumstantiæ contrarium declarant.

Verbum enim imperativum æquivaleret præceptivo

Confirmatur ex ipso Suario lib. 3. de legibus c. 15. n. 8. ibi: Concil. Trident. sess. 13. c. 7. de Sacerdote, qui urgente necessitate absque prævia confessione celebrat cum conscientia peccati mortalis solùm dicit: *Quam primum consueatur*, per quæ sola verba legem obligantem constituit, juxta communem intelligentiam.

Quale est illud, quàm primum consueatur.

Detur ergo Adversarijs, qui pauci sunt, in eo loco Tridentini sess. 23. c. 4. rigorosum præceptum contineri: Dico non tam dirigi ad illos, qui primâ Tonfurâ initiantur, quàm ad Ministrum iniciantem. Unde Episcopus solet de Confirmatione iniciandi inquirere, hîc autem de ea minimè est sollicitus.

44. Deinde verba Trident. potius dirigitur ad iniciantem, quàm ad iniciandum.

Atque ut etiam concerneret iniciandum, sive Tonfurâ, sive etiam cæteris Ordinibus; Unde constat esse præceptum in gravi materia? Etenim character Ordinis, ut omnes supponunt, non dependet essentialiter ex characterè Confirmationis. Ex quo ergo tanta gravitas, ut omisso Confirmationis sit peccatum mortale? Ratio quidem dicitur, prius quempiam adscribendum militiæ, quàm eligendum in ducem; sed cur inversio illius Ordinis accidentaliter, gravis, quando aliunde constat capacitas regendi exercitum?

Atque ut ad hunc dirigerentur nondum iniicerent gravem obligationem,

Sive propter inversionem ordinis,

Dices: quia fraudat Ecclesiam in re gravi; sicut qui initiatur Tonfurâ, & minoribus Ordinibus cum animo retrocedendi ab illis hâc intentione ut gaudeat privilegijs Clericorum, quod Bannez 2. 2. q. 12. a. 1. in 2. diffic. conclus. ultimâ, Aragon, Petrus Ledesma & alij dicunt esse peccatum mortale. Unde simpliciter mihi videtur grave inquit Bas. Pontius parte 5. c. 3. in fine non confirmatum ad statum Clericalem ascendere: Ordinis enim defectus gravis est.

45. Sive propter injuriam Ecclesiæ,

Sed hoc est quod quæritur, & tantâ facilitate, imò majori probabilitate negatur, quàm asseritur. Respondeo ergo, ad æstimandam materiæ quantitatem attendi debet communis hominum instinctus, ac præsertim consensus Doctorum; tum finis legis & proportio materiæ ad eum finem; sæpe enim ratione finis vel aliarum cir-

cumstantiarum materia in se levis efficitur gravis, & è converso materia in se gravis efficitur levis. Jam autem plerique Doctores æstimant inversionem ordinis inter Sacramentum Confirmationis, & Sacramentum Ordinationis esse materiam levem, tamen ipsa Sacramenta in se sint materia gravis.

Quamobrem conclusionem nostram Diana parte 2. tract. 2. Miscel. resol. 4. vocat vetiorem; quam hoc nostro ævo communiter sequuntur. Ita Sotos, Victoria, Candelabrum aureum, Avila, Suarez, Valentia, Navarrus, Molinæus, Azor, Coninck, Dicastillo, & alij Recentiores.

An autem peccet mortaliter, qui initiatur Tonfurâ & minoribus Ordinibus cum animo retrocedendi ab illis: affirmat Bannez 2. 2. q. 12. art. 1. in 2. diffic. conclus. ultimâ: negat Sanchez lib. 7. de Matrimonio disp. 31. num. 17. quia, inquit, nec finis est mortalis, nec debiti finis perversio culpam mortalem inducit, maximè in his Ordinibus, quos non esse Sacramenta nec gratiam conferre est probabilissimum.

Sanchium sequitur Regius de Sacramentis disp. 20. n. 109. tum quia sententia Bannez nullo jure aut fundamento innititur. Nam Tridentinum solùm ostendit, quid ipsa decentia, & illius statûs reverentia postulet, quidque fieri desideret, nullis enim vitur verbis præceptivis. Tum etiam quia ex parte Juri repugnat. Nam c. 1. de filijs Presbyterorum in 6. dicitur: *Ita qui defectum patitur natalium ex dispensatione Episcopi licet potest ad Ordines promoveri minores: cum tamen Episcopus sciat eum non posse promoveri ad majores.*

Ex quo patet eum nullo modo peccare, qui animo in ijs ministrandi, Ordines minores suscipit, cum animo numquam suscipiendi Majores, aut ducendi uxorem Virginem. Si tamen eos susciperet sine ullo animo inserendi Ecclesiæ, sed solùm ut privilegijs clericalibus gauderet, esset ali-quod peccatum; quia illa intentio esset inordinata, & contra mentem Ecclesiæ, quæ tali nollet eos ordines conferre, ut patet ex Tridentino.

Sed hæc inordinatio solùm esset venialis, cum nec ulli damnosa sit, nec notabilem illi statui irreverentiam adferat; alijs qui illis ordinibus initiatus, sine ulla iusta causa statum Ecclesiasticum delereret omnino, v. g. ducendo viduam peccaret mortaliter: quod nemo dixerit.

Alia autem est ratio ingredientis Religionem cum animo non perseverandi: quia hic in re gravi decipit Religiosos: tum quia venialis.

**Sect. 3. De Suscipient. Confirmat. Concl. 5. 499**

quia malâ fide tam diu eorum sumptibus alitur: tum etiam quia interim explorat omnia, quæ in Religione fiunt, quæ sæpe non expedit cognosci ab ijs, qui religiosum animum non habent. Unde omnis Religio existimat sibi à talibus gravem injuriam fieri. Hactenus Regius.

48. Eandem opinionem amplectitur Dicastillo, de Sacramento Ordinis disp. 1. n. 329.

Cùm Tridentinum, inquit, nullum præceptum assignet, sed tantum simplicem mentionem adhibeat, non existimo Episcopum peccare, saltem mortaliter, quamvis ordinet eum, quem prudenter timet habere intentionem ducendi uxorem; nec illum, qui sic tonsuratur, peccare mortaliter. Idemque judicium est de eo, qui initiatur, etiam si de illo suspicio sit, quod velit Clericus fieri ad declinandum judicium sæculare. Sic ille.

Afferens non esse præceptum in materia gravi

Intelligens utique per præceptum Tridentini, quod negat, præceptum in materia gravi; alioquin sibi ipsi contradiceret, nam in eodem Tomo Tract. 3. de Sacramento Confirmationis n. 100. admittit aliud præceptum Tridentini non suscipiendi Tonsuram ante Confirmationem. Hæc sunt ejus verba: Quæ doctrina (scilicet nullum contineri præceptum in illo loco Tridentini) vera est, si loquantur de peccato gravi: si tamen velint nec venialiter peccare, omnino fallum dicunt; apparet enim non contemnenda inordinatio, non sequendo directionem Tridentini cùm id fieri possit. Ideo non rectè dicitur non esse præceptum id ita faciendi; sed non esse præceptum in materia gravi. Ita Dicastillo.

Admittens in levi.

49.

Equidem per ly *Præceptum simpliciter positum non inconvenienter intelligitur præceptum in materia gravi juxta Doct. Subtilem 2. dist. 21. n. 3. ibi: Sed in hoc distinguuntur (peccatum mortale, & veniale) quia peccatum mortale est deordinatio opposita ordinationi, sine qua finis non potest sequi aliquo modo; quæ quidem ordinatio habet præceptum, contra quod deordinatio fit; & ideo omnis deordinatio cadens sub præcepto, avertit à fine necessario. Sed alia est ordinatio, quæ potest esse respectu finis sequendi, quæ non est necessaria, sed utilis, quæ non est de præcepto, sed potius de consilio: & deordinatio opposita huic est peccatum veniale, nec facit cadere à fine necessario: sed facit, quod actus non procedat meliori modo quo potest.*

50. Imò est talis peccator gravior;

Utrumque ergo sit de illo, qui initiatur Tonsurâ & minoribus Ordinibus cum animo retrocedendi ab illis, hæc intentione ut gaudeat privilegijs Clericorum; esto peccet, etiam mortaliter (quod non puto)

ergo peccat mortaliter qui initiatur Tonsurâ, vel cæteris Ordinibus ante Confirmationem; nego consequentiam.

Haud equidem iste qui initiaretur ante Confirmationem;

Quamquam enim in eodem loco Tridentini; & eisdem verbis utrumque prohibeatur, equidem juxta capacitatem materia: antea autem ostendimus ex communi judicio Doctorum; & sine legis, præposterum ordinem inter illa duo Sacramenta esse materiam levem; quæ non potest præcipi sub culpa mortali. At verò defectus intentionis statûs Ecclesiastici; ad quem ab Ecclesiâ ordinatur Tonsura, & à Christo minores Ordines, si sint vera Sacramenta, ut puto; quidni posset esse materia gravis?

Quia una est materia gravis, altera levis.

Quod probè intelligens Petrus Ledesma; tamen in Summa de Sacramento Ordinis post 3. conclusionem §. De la primera (ut refert Pontius supra) agnovisset peccatum mortale in susceptione primæ Tonsuræ animo fugiendi forum: nihilominus in Theol. morali Tract. de eodem Sacramento c. 6. post 3. conclus. ad questionem, utrum si quis prius Ordinis, quàm Confirmationis Sacramentum susciperet, peccaret mortaliter? Dicit Primò; expedit quidem, & conveniens est; prius Confirmationis; quàm Ordinis Sacramentum suscipere: attamen nulla ratio cogit ut credamus esse peccatum mortale hunc ordinem pervertere, nec ideo irregularitas incurritur.

sic sentit Ledesma;

Primam partem antea probaverat ex D. Thom. in supplemento q. 35. a. 4. quia per gratiam; & characterem Confirmationis fidelis magis idoneus redditur ad ministerium Ordinis exercendum.

Quamvis ex D. Thom. doceat esse conveniens quod primatur Confirmatio;

Secundam verò probat, quia nec ullo juris decreto; nec ex verbis Concilij ullum potest colligi præceptum, quod peccatum mortale arguat; & si naturam horum duorum Sacramentorum diligenter ac seriò attendere velimus; non tantam inter ea dependentiam & conjunctionem deprehendemus; ut grave admodum peccatum incurratur; prius Ordinis, quàm Confirmationis Sacramentum suscipiendo. Hucusque Ledesma.

Ita

Hanc ergo sententiam, ne sine causa multiplicentur peccata mortalia, tamquam magis communem & probabiliorem amplectendam judico.

Quod amplectitur Auctor.

Dico, ne multiplicentur peccata mortalia; nam peccatum veniale agnoscit præfatus Auctor §. Dico 2. & alij communiter. Quia, inquit Ille, ita statuitur in Concil. Trident. & præterea, quia nonnulla videtur esse ordinis perveritas, quando quis prius

Communis sententia agnoscit peccatum veniale;

Sacramentum Ordinis recipit, quàm Confirmationis.

Profectò sola sollicitudo & diligentia Episcoporum, quam solent adhibere in hac causa, seridò inquirendo, num is, quem ordinare intendunt, Sacramento Confirmationis sit initiatus, non parvam nobis adfert suspensionem, saltem venialis obligationis, si non præcepti naturalis, saltem præcepti positivi Ecclesiæ. Proculdubidò Ecclesia ad id potuit Episcopos obligare, sicuti obligavit eos ad observantiam rituum, qui solent adhiberi in solemnè administratione hujus, & aliorum Sacramentorum.

An autem obligaverit, quæstio est facti hucusque ut puto satis discussa.

Quantum ad obligationem rituum, Diana parte 7. Tract. 10. resolut. 31. cum alijs, quos citat, docet, Episcopum peccare mortaliter, si ministrat Confirmationem sine Pluviali, Mitra, & Baculo Pastoralì: aut si sacros Ordines conferat cum solis indumentis Missæ: facit enim contra reverentiam debitam Sacramentis in materia gravi; veluti si Sacerdos celebraret sine Manipulo, Stola, & Planeta; vel administraret Sacramentum Baptismi, aut Extremæ Unctionis extra necessitatem sine stola & superpellicio.

Asserit quoque Nugnus, sed nimis rigidè, esse mortale, si Episcopus confirmet extra Ecclesiam. Communis sententia est, tametsi locus Confirmationis, quantum commode fieri potest, debeat esse Ecclesia; simpliciter tamen posse conferri quovis loco decenti; idque quavis locus foret interdictus, c. Responsò, 43. de sententia excom. ibi: Præterea quasivisti cum Ferrariensis civitas sit interdictò supposita, & ideo sint ibidem (præter Baptisma parvulorum, & penitentias morientium) universa Sacramenta Ecclesiastica interdicta; an liceat tibi baptizatos pueros in frontibus consignare? super quo respondemus, quòd sicut baptizari possunt pueri, sic & baptizari ad Confirmationem in frontibus à te possum sacro Chrismate deliniri. Immo quid obstat quòd minus ob multitudinem quandoque detur sub dio? Sanè nihil.

Prout etiam hodie quovis tempore, & die anni, ante & post prandium licitè ministratur, consuetudine sic declarante, tametsi olim tempus Paschæ, & Pentecostes esset determinatum.

Longum nimis esset cæteras omnes Cæremonias ordine suo prosequi. Videri possunt in Pontificali, & apud Suarium disp. 37. sect. 1. aliisque Auctores, qui latius

illas pertractant. Præcipuam ego arbitror adhibitionem Patrini; de qua queritur Primò, utrùm Patrinus Confirmationis, debeat esse distinctus à Patrino Baptismi; Secundò, an plures possint adhiberi; Tertio, utrùm debeat esse confirmatus; Quarto, an possit esse Monachus vel Monialis?

### CONCLUSIO VI.

Patrinus Confirmationis alius sit extra necessitatem à Patrino Baptismi; unus tantum, ilque confirmatus. Potest esse Monachus vel Monialis absque gravi peccato.

**I**N Sacramento Confirmationis adhibendum esse Patrinum, qui confirmatum teneat, nemo dubitat; & quavis lex scripta non inveniretur (que tamen multiplex est, ut patet ex dicendis) universalis consuetudo pro lege agnosci deberet, quæ etiam communi calculo obligat sub mortali.

Hujus consuetudinis meminit Iginus Papa, & refertur de Consec. dist. 4. c. 100. In Catechismo, & in Baptismo, & in Confirmatione unus Patrinus fieri potest, si necessitas cogat. Non est tamen consuetudo Romana: sed per singulos singuli recipiunt.

Et hæc sit probatio primæ partis Conclusionis: secùs tamen faciens non peccaret mortaliter, ut respondet Bartholomæus ab Angelo in Exam. confess. dial. 3. §. 45. apud Dian. parte 3. Tract. 4. resolut. 21. Imò putat Sylvester verbo Confirmatio, consuetudinem jam contrarium obtinere.

Secunda pars conclusionis colligitur ex decreto Leonis Papæ (& ponitur de Consec. dist. 4. c. 101.) Non plures, inquit, ad suscipiendum de Baptismo infantem accedant quam unus, sive vir sive mulier. In Confirmatione quoque idipsum fiat.

Idem habetur cap. ultimo de cognat. spirit. in 6. ibi: Quamvis non plures quam unus vir, vel una mulier accedere debeant ad suscipiendum de Baptismo infantem &c. De Confirmatione insuper quantum ad hoc, idem iudicium est habendum.

Licet autem hæc decreta revocata sint

Diana docet Episcopum peccare mortaliter, si confirmet sine Pluviali, Mitra, & Baculo Pastoralì.

53. An etiam si confirmet extra Ecclesiam?

Communis sententia, asserit sufficere quemvis locum decentem, esto foret interdictus.

Cap. 43. de Sentent. excom.

Licet aliquando confirmare sub dio.

54. Item quovis tempore & die anni, ante & post prandium.

Tridentinū non revocavit decreta antiqua concernentia confirmationem.

Unde si plures teneant, omnes valide suscipiant, contrahuntque cognationem.

57. Opposita sententia est probabilis. Sanchez.

58.

sint per Tridentinum sess. 24. can. 2. de refor. quantum ad Baptismum, concedens ut unus & una baptismum de Baptismo suscipiant; id tamen sine fundamento extenditur ad Sacramentum Confirmationis, quandoquidem de illo quantum ad hoc nullam faciat mentionem; sicut facit dum restringit cognationem spiritualem ad susceptorem, susceptum, & parentes. Quare manet jus vetus, cujus correctio sine gravi fundamento non est admittenda. Ita docent Præpositus, Averla, Barbola & alij apud Dian. parte 10. tract. 16. Resol. 90.

Per consequens si plures de facto teneant confirmatum, omnes valide suscipiunt, & contrahunt cognationem, ut habetur c. ultimo citato ibi: Si tamen plures accesserint, spiritualis cognatio inde contrahitur &c. tamen si quoad Baptismum, specialiter ordinet Trident. supra, quod non contrahant, qui ultra designatos tenent.

Hæc tamen non ita certa sunt, quin opposita sententia sit probabilis, quam cum alijs à se citatis docet Sanchez lib. 7. de Matr. disp. 57. n. 9. ubi sic ait: Existimo idem omnino voluisse Trident. quoad omnia statuere in Patrimo Confirmationis; nempe posse adhiberi duos Patrimos diversi sexus ac nullum alium tangentem; præter Patrimos designatos, hanc cognationem contrahere. Ducor, quod clara mens Tridentini fuerit, eodem modo utramque cognationem restringere, ut constat ex præmio, ubi declarat velle se impedimentum cognationis restringere. Constat etiam ex fine, ubi cognationem ortam ex Confirmatione ad easdem prorsus personas restringit, ad quas restrinxerat cognationem ortam ex Baptismo. Hæc ille. Restringit omnino, idque his verbis: Ea quoque cognatio, qua ex Confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum, illiusque patrem & matrem, ac tenentem non egrediatur. Tenentem, inquam, non, Tenentes, prout loquitur de Patrimis Baptismi, ibi: Inter quos, ac baptismatum ipsum &c.

Et verò quæ ista consequentia: Restringit ad easdem personas, ergo extendit ad easdem personas? Vel ex solo usu Ecclesiæ liquet non extendisse; quippe quæ non soleat umquam ad Confirmationem admittere unum & unam, sicuti tamen passim in Baptismo adhibentur, sed unum tantum ad suscipiendum masculinum; & unam ad tenendam feminam, ut præscribitur in Pontificali Romano.

Equidem si femina susciperet virum,

non credo fore peccatum, saltem mortale; fortè nullum; nam verba Pontificalis non indicant rigorosum præceptum; sed solum indicant quid sit decentius fieri: sic enim loquitur: Adultus verò seu alij maiores ponant pedem suum supra pedem dextrum Patrim sui. Et ideo neque masculi feminis Patrim, neque femina masculi Matrime esse debent. Utique quia illa superpositio pedis magis convenit adultis ejusdem sexus, quam diversi.

Ibidem præscribitur, ut nullus præsentet nisi unum, aut duos, non plures: sed usus docet contrarium.

Omnes fatentur non confirmatum, illi- cõtè hoc munus obire. Quid enim aliud significent hæc verba desumpta ex Concil. Mogantino (& referuntur de Consec. dist. 4. c. 102.) In Baptismate, vel in Chrismate non potest alium suscipere in silvolum, qui non est ipse baptizatus, vel confirmatus?

Quæ ab universali Ecclesia sunt recepta, ut patet ex Pontificali Romano ibi: Nullus qui non sit confirmatus, potest esse in Confirmatione Patrimus. Et ex concordi judicio Doctorum; qui etiam communis asserunt hujusmodi susceptionem esse invalidam, nisi enim verba textus non sint clarè irritantia, ut ex alibi dictis constat, usu tamen potuerunt eo sensu recipi, & manere recepta.

Sed an in tali casu, inquit Diana parte 3. Tract. 4. Resol. 21. susceptor non confirmatus, licet non contrahat affinitatem, peccet mortaliter? Affirmativè respondent Nugnus, Suarez & Sylvius in 3. parte q. 72. art. 10. sed contrariam sententiam probabilem esse ex ipsis etiam deducitur, ut legenti patebit. Ita Diana.

Legi Suarium, qui sic ait: D. Tho. hæc dicens non confirmatum non debere esse Confirmationis Patrimum, significat non esse grave seu mortale peccatum; probabile tamen est ex suo genere esse mortale, quia hæc Cæremonia est gravis, & recepta ab Ecclesia: unde sicut illam omnino omittere ex suo genere est grave peccatum, ita etiam eam irritam facere. Hæc Suarez.

Sed quomodo ex ipso deduci queat contrariam sententiam esse probabilem, non video. Fateor, D. Tho. dicit: Non debet alium ad Confirmationem tenere, qui nondum est confirmatus: sed numquid inde benè inferitur, ergo non confirmatus invalidè tenens, peccat solum venialiter? An fortè quia Doctor Angelicus non exprefit malitiam mortalem, sed malitiam in genere,

Femina suscipiens virum, non committit peccatum mortale. Ponsic. Rom.

Imò fortè nullum.

59. Non confirmatus, illicet iudicet hoc munus, Conc. Mogant.

Pontific. Rom.

Fortè etiam invalide.

60. An peccet mortaliter?

Affirmat Suarez cum alijs.

genere, ideo solum committitur venialis? Quid si existimaverit huiusmodi susceptionem valere (quippe multa fieri non debent, quæ tamen facta tenent) & idcirco solum peccari venialiter? Num inde probabiliter deducitur: ergo etiam solum leviter peccatur, ex hypothesi, quod susceptio sit invalida? Certè firmiorem deductionem desidero, antequam ausim iudicare hanc sententiam esse probabilem.

61.  
Mendicantes possunt esse Patrini

Venio ad ultimam partem, quæ agit de Monachis, & Monialibus. Et quidem Mendicantes posse esse Patrinos ostendimus disp. præced. sect. 6. conclus. 4. & docet Diana supra, quod facilius, inquit Dicastillo hic n. 145. crediderim de Confirmatione, quia non est obligatio instruendi; prout notat Henriquez lib. 3. c. 2. n. 3. quia id nullo jure invenitur statutum.

Pontific. Rem.

Sed contrarium apparet ex Pontificali Rom. ubi Tit. de Confirmatione in fine sic lego: *Expedit itaque Confirmatione Pontifex sedens, acceptâ Mitrà, Patris, & Matris annuntiat, quod instruat filios suos bonis moribus, quod fugiant mala, & faciant bona, & doceant eos: Credo in Deum, & Pater noster, & Ave Maria, quoniam ad hoc sunt obligati.*

Patrini obligantur ad Instructionem;

Ex eodem arbitror jure, ex quo ad illud obligantur Patrini, & Matrinæ Baptismi, quod usus extendit ad Patrinos & Matrinæ Confirmationis. Attamen hæc obligatio rata est; etenim vel est adultus, qui confirmatur, & præsumitur in his utrumque instructus, vel est parvulus, & susceptor Baptismi tamquam primarius & principalis tenetur instruere.

Quæ tamen obligatio rata est.

Ut ut sit de obligatione instruendi, si propter illam Mendicantes non excluduntur à munere susceptionis in Baptismo, quo jure rejicientur ab eodem munere in Confirmatione?

62.  
Quintanadveñas docet Monachos & Sanctimoniales posse esse patrinos in baptismo sine gravi peccato;

Imò (teste Diana parte 9. tract. 6. resol. 32.) & Monachos & Sanctimoniales posse esse Patrinos in Baptismo, saltem sine gravi peccato, docet Quintanadveñas in Theol. morali Tomo. 1. Tract. 1. singular. ultim. per totum.

Probat; quia si ob aliquam causam Religiosis non liceret hoc munus, esset propter prohibitiones relatas præcedenti disp. sect. 6. conclus. 4. sed hæc non obstant; ergo &c. Major est certa, cum nullam malitiam, nec indecentiam intrinsicam afferat hic actus. Minor probatur; quia prohibitio in cap. *Non licet*, sicut & aliæ juri non inferat, eam auctoritatem aut

Quia nullum jus inhibens,

vim præceptivam solum habent in decreto canonico quam extra illud, ut de omnibus sapienter probat Joannes Antonius, Ecclesiæ Mediolanensis Præpositus proem. Decr. F. 7. pag. 1. Cum igitur hæc habeatur ex Concil. Antiodorensi, quod est Dioecesanum dumtaxat, nec à Papa approbatum, non potest omnes obligare.

Et licet generalis Concilij esset, culpam gravem non induceret ex verbo, *Non licet*, cum sapius cum illo sine ea prohibitiones similes inveniamus. Sic in eodem Concilio can. 15. *Non licet mortuum super mortuum mitti* Et can. 18. *Non licet Presbyter, aut Diacono aut Subdiacono... in Ecclesia dum Missæ dicuntur, stare.*

Præterquam quod licet ex utroque capite graviter hæc prohibitio olim obligaret, modò autem non ita. Quia causa illius fuit, ut verbis Eman. Roderici to. 1. qq. Reg. q. 31. a. 1. utar, quam tangit quædam Glossa cap. *Monachi*, 104. de Consec. dist. 1. Verb. *Nec osculentur*, scilicet ne osculentur feminas, in quibus tangitur, ut inquit Glossa, consuetudo aliquorum locorum, in quibus compadres osculabantur commatres. Propter quam consuetudinem decreverunt Concilium & Pontifices, ne Monachi compadres fierent, ne hæc occasione inter fratres, vel de fratribus scandalum haberetur.

Et Seraphicus Pater noster Franciscus castitatis summæ amator, propter eandem fortè aliquarum provinciarum consuetudinem, sicut in Reg. c. 11. prohibuit suis fratribus suspecta consortia virorum seu mulierum: ita etiam prohibuit eisdem fieri compadres virorum vel mulierum, cujus præcepti causam adducit, dicens, *Ne fortè scilicet, inter fratres vel de fratribus scandalum oriatur, alludens fortè ad consuetudinem osculandi commatres. Sic Ille.*

Cum ergo jam hæc consuetudo cessaverit, ob quam hæc lex prohibitiva emerit, lex etiam cessavit: nam legis ratione cessante, cessat quoque ejus dispositio.

Alias etiam rationes, inquit Diana supra, adducit Quintanadveñas, & tandem sic concludit. Igitur cum ex dictis vel nullam, vel levissimam culpam committant Religiosi, etiam ex ordine Monachali de sacro fonte (eodem, & fortè major est ratio de sacro Chrismate) in tantem suscipientes, etiam sine causa; hæc addit, à veniali etiam culpa liberantur, sicut

**Sect. 3. De Suscipient. Confirmat. Concl. 6. 503**

sicut qui ex causa officij divini tempus & horas anteponeat, vel postponeret: vel orationes ante Sacrificium, vel post illud, juxta Missalis Rubricas dicendas, omittet, nullum committeret peccatum, licet sine illa veniale foret.

Causa autem sufficiens esset petitio, aut devotio baptizandi, ob virtutem ac egregiam Religiosi famam, patriæ usus, sumptuum excusatio, aliumve non ita commodè invenire Patrum prole dignum, aut ad id munus nolle alium infantis baptizandi parentes adstringere, vel quid simile nomini consonum, quamvis grave non videatur.

Facultas Ordinarij, licet necessaria non sit, nec Prælati regularis, nisi in Religione, prohibito vigeat: exposci tamen consulam, ne Parocho aliquod nocumentum emergat, cui in Rituali, ac sæpe ex suæ diocesi Synodo indicitur, ne Religiosos ad hoc munus admittat; hæcque liberaliter absque ullo scrupulo etiam levissima ex causa Ordinarij ac Prælati concedere possunt. Ita hic Auctor. Verè an falsò judicent prudentes.

65. Quod me attinet, quæ Baptismatis, eadem est ratio Confirmationis, & fortè major: Nam Can. Concilij Antisiodorensis non loquitur expressè nisi de Baptismo. Liber autem Capitulum, ex quo desumitur cap. *Monachi*, quod videtur generaliter loqui, nescio cuius sit auctoritatis: hoc certum est non obligare universam Ecclesiam, nisi usu ita sit receptum; prout etiam recipi potuit Canon Concilij Antisiodorensis: sicut aliqua impedimenta Matrimonij universalis sunt, etsi primò in specialibus Concilijs statuta, Ecclesiâ acceptante per usum. Ex quo patet responsio ad primum fundamentum Quintanadvènas.

66. Ad secundum dico; *ly Non licet*, aliquando gravem, aliquando levem inducere obligationem secundum capacitatem materiæ, quæ prohibetur. Enimverò materia levis sub culpa mortali præcipi non potest: materia autem gravis licet juxta communior sententiam possit præcipi sub culpa veniali, id tamen non præsumitur factum, nisi declaret legislator.

Nonne in Concilio præallegato can. 16. dicitur: *Non licet die dominico boves ungere, vel alia opera servilia exercere?* Et can. 19. *Non licet Presbytero... post acceptum cibum, vel poculum missas tractare?* Et plura similia solùm prohibentur per verbum, *Non licet*:

quæ tamen propterea nemo dixerit solùm esse venialia.

Ipsa ergo susceptio consideranda est; & quidem si valida est (quod puto) non satis apparet ex quo graviter sit illicita, præsertim in Confirmatione, cùm illa rarissimè requirat instructionem, quæ tamen partialis causa fuit prohibitionis, teste Rod. supra ibi: Quia suscipiendo baptismatum virtualiter fide jubet (Susceptor) & promittit se habiturum curam salutis spiritualis illius.

Atque hinc in citatis decretis cautum est ut hic susceptor idoneus sit atque expeditus ad exercendum munus, ad quod assumitur. Unde cùm hæc cura & sollicitudo non possit expediri à Monachis, ideo ultra rationem supradictam (scilicet, ne osculetur commatres) prohibita ipsis fuit talis susceptio. Hæc Rod.

Quæ si bene considerasset Quintanadvènas ex cessatione consuetudinis osculandi, non statim conclusisset cessationem legis: quippe partialis illa ratio sufficiens erat ad justitiam illius prohibitionis.

Quia tamen solitudo Monachorum jam regulariter non est tanta, ex hac parte saltem levior fieri potuit obligatio. Per consequens ubi illa solitaria vita omnino tollitur, veluti in Episcopis & Cardinalibus ex Monachis assumptis, etiam omnino extinguitur obligatio non suscipiendi.

Porro quod spectat ad causas justas, quæ excusant totaliter à peccato, si veræ sint, quas assignat Quintanadvènas, vix reperio casum, in quo susceptio erit illicita. Interim iudicium sit penes prudentem Lectorem, consideratis omnibus circumstantijs, ac præsertim universali consuetudine, quæ est optima legum interpretes.

Et quoniam aliæ difficultates de hoc Sacramento non succurrunt pono calammum, ac finem impono primæ Partis, in qua si quid ritè & rectè dictum fuerit, soli Deo laus, honor & gloria, si quid perperam imbecillati ac tenuitati ingenij mei tribuatur. Omnia verò iterùm subijcio correctioni Sanctæ, Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ Ecclesiæ.

Et sic proceditur ad tertium Sacramentum, ut renati ex aqua & Spiritu sancto, & corroborati per Spiritum in interiore hominem, nutriantur divinâ Eucha-

67. Susceptio in Confirmatione si valida, non est graviter illicita.

Cùm raro requirat instructionem,

Et quia solitudo Monachorum, jam regulariter non est tanta, hinc levior fieri potuit obligatio.

Qualis est petitio, aut devotio baptizandi.

Ly non licet, quandoque gravè quoadone levè inducit obligationem.

Colligitur ex jure positivo.

Eucharistiæ alimoniâ; quod tunc fiet quando magnâ reverentiâ & sanctitate ad eam percipiendam accesserint. Sed quomodo accedent nisi sanctitatem & divinitatem cælestis hujus alimoniæ probè cognoverint? Quomodo autem agnoscant sine prædicante? Et verò quis dig-

nè poterit prædicare? Ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et ideo non meis meritis, sed gratiâ ejus, qui linguas infantium fecit disertas, universâ quæcumque mandaverit Dominus, loquar. Incipiam & complebo.

---

AD MAJOREM DEI,  
DEIPARÆ IMMACULATE CONCEPTÆ  
AC SERAPHICI PATRIS NOSTRI  
FRANCISCI  
GLORIAM.

---



INDEX